



Incipiunt Singularia notabilia cum additōibus
in locis suis iuxta alphabeti ordinem insertis fa-
miliissimi utriusq; iuris Monarche domini Lu-
douici Pontani de Roma qui suo tempore fuit
Auditor Rote et Aplice sedis Prothonotarius.

Incipit littera. A.

Limenta | Cum simpliciter al-
imenta legant non spe-
cificata quātitate. tūc pro q̄litate glōne
debentur. et quantitate patrīonii testatoris. l.
cum alimenta ff. de ali. et ci. lega. hoc est uerum
nisi una cum alimento legata sit dos. quia tunc
debent commensurari alimenta iuxta quātitā-
tem dotis. et si dos fuit magna ita debent esse a-
limenta. similiter si parua. ut est cāus singularis
quem nullus notauit. in. l. cum unus. g. alimētis.
ff. de ali. et ci. le. fm unā lecturā glo.

Alimenta | Legantur alimenta usq; ad puber-
tatem. quomō capitur pubertas. dicas in femina
in. xiii. anno. In masculo ī. xviii. et est speciale
in isto casu. casus est in. l. mella. ff. de ali. et cib.
lega.

Abstinentia | Qualiter debeat fieri absti-
nentia. Radetur q; abstinētia ita moderate de-
bet seruari ne peccetur. quia ut dicit tex. de cō-
se. di. v. non mediocriter peccat qui necessaria
corpori detrahit. Item dicit glo. in. c. i. d. off. cu.
quilibet rebus suis parce debet uti. etiam dicit
tex. uentris nāq; ingluies ad luxuriā prouocat
et facile omne corpus bonum dissoluit. Id notū
est hec membra sibi ipsi inania fore. unde fit ut
uicinitatis coniunctio confederationem arguat
uiciorum. hoc dicit tex. xx. di. g. i. Itē dicit tex.
no. c. di. c. communia. non enim plusq; necesse est
debemus corpori deseruire. sed eius infirmitatē
reficere.

Absolutio | Duo florentini contrahunt se-
nis et iurant seruare contractum. tandem unus
ipsorum uult petere ab solutionem a tali iuramē-
to coram epo senensi. uel eius uicario an possit.
Et uisdetur q; stante opinione pro uera que est
q; requiratur citatio partis ad absolutionem iu-
ramenti. modo scis q; cōtrahentes in alieno ter-
ritorio non possunt ibi conueniri nisi reperian-
tibidem. uel ibi habeant bona. ut in. c. romana. g.
contrahentes. de fo. compe. in. vi. et. l. heres ab-
sens. d. iudi. Si ergo requiratur citatio et ipse du-
ci non potest. uidetur q; non possit fieri ista ab-
solutio. preterea potest quis cōueniri in loco cō-
tractus quando agitur de ipsis contractus im-
plemento. sed quando agitur de ipsis dissolutione
non uidetur iure caustum q; quis conueniat
in loco contractus. de hōc uidetur casus in. l. ii.
C. ubi et apud quem. ubi ad dissolutionem con-
tractus sequitur forum rei. contrariorū tamē ē
uerum. quia ne dum pro executione contractus
quis sorritur forum in loco contractus sed etiā
quando uult petere eius dissolutionem. ad hoc ē

casus unicus in. l. in contractibus. g. in omni. C.
de non nu. pe. Hanc etiam opinionem ponit La-
pus in additionibus eius. et dicit idem. sed non
per hunc tex. et refert. et sequitur do. Anto. in
c. proposuisti. de fo. compe. ubi dicit esse casum
quod in ueritate non probat.

Absens | Nota q; omnes absentes causa rei
pub. ut ambasciatores. licet habeant multa priu-
legia. tamen qui data opera et affectans cā rei
pub. abest. non gaudet illis priuilegiis. l. et quidā
ex qui. ca. ma. l. pe. quō et quando. l. uniuersi. C.
de lega. li. x. fm unam lecturam. ad cuius decla-
rationem sciatis q; omnes illi qui absunt cā rei
pub. in officio parui ualoris presumuntur affec-
tate abesse. tex. est singularis in. l. spadonē. g. fi.
ff. de excu. tu.

Actio | Vbi plures actiones competunt pro
una re consequenda. Iu. sex conuentum. condem-
nare nō potest priusq; reus ab aliis liberetur. Ca-
sus est unicus et male notatus in. l. pupillus. in
fi. de noua.

Actionem inūriarum filio competentem po-
test pater remittere. l. sed si unus. de inūriis. fal-
lit ubi inūria fit filio illam in personam sibi cō-
functam. quia tunc pater remittere non potest ī
filii preiudicium. Casus est unicus et singularis
in. l. lucius. fm lec. bar. ff. so. ma.

Actio | Nota q; in personalibus actionibus p-
cium succedit loco rei. ut. l. uenditor cx heredi-
tate. ff. de here. uel acti. uen. In realibus autem
habes. l. si. rei et precium. ff. de peti. here. et. l.
mater. C. de rei uendi. modo quero quō ī apote-
caria an precioz succedit loco rei. et dicas q; nō
nisi in subsidium. casus est singularis cū glo. sua
in. l. i. de distrac. pig. et bar. notat in. l. qui a de-
bitor. in. prin. ff. de his que ī frau. credi.

Actio | Dicit tex. in. c. nonnulli. de rescripq.
q; si agere uolens pluribus acroibus ī qualibet
actione impetrat unum iudicem. delegatum q;
talis impetratio caret effectu. modo pone q; re-
us patitur se conueniri et respondeat. nec oppo-
nat. utrum ualeat processus. uidetur q; sic p no-
tata per Inno. in. c. cuin. M. circa fi. de constit.
sed contrarium est uerum etiam parte nō oppo-
nente. glo. est singularis in. c. dispēdia. de rescri-
ptis. in. vi.

Actor | Communis est oppinio q; procurator
constitutus ad causam simpliciter intelligitur e-
tiam constitutus ad futura quid in actore. an sit
idem. dic q; non. casus est singularis in. l. item e-
orum. g. sed si actor. q; cuiuscun. no. et est rati-
o quia debet interuenire decretū iudicis. quod
non trahit ad futura. j. l. cum simi. de decre. ab
or. fa. et da intellectum ad. l. si actor de ap. ubi
dicitur q; procurator tenetur appellare sed non
prosequi appellationem. l. inuitus. C. de procu. sz
in actore secus est ut ibi. nunquid error quo q; s
appellat a sententia pro se lata noceat appellati
uide in littera. E. in uerbo si error. incipit ap-
pellans.

I NC
1539

Accusatus Quidam suit criminaliter accusatus ad penam fisco applicandam. Iata est sua contra accusatum qui appellat. Iudex appellois pronuntiat bene appellatum et male iudicatum et sic contra fiscum procurator fisci uult dicere sententiam nullam eo quod non fuit citatus sed tantum accusator. Quero an sit nulla et ad unum facit quia ubi quis interesse pretendit debet citari ut l. de unoquoque de re iudi. et l. nam ita diuus eo. t. nec ob. si diceretur accusator efficitur dominus litis. quia quis in causa criminali non efficitur dominus litis. casus est singularis in l. f. C. de iniur. ubi dicit tex. quod licet causa criminis agitur per procuratorem tamen uerba sententie debent concipi in dominum ergo z. n. si esset effectus dominus litis sententia deberet concipi in procuratorem. ut l. i. C. de sente. Bar. mouet istam questionem et dicit istam sententiam esse nullam. Istam fallacia m addas ad l. de unoquoque de re iudi. dictum est bar. in l. i. g. f. ff. ad turp. quod addit ad l. et si sciuer. C. de infamia. et l. quid ergo. ff. eo. ubi tractatur an iudex possit minuere penas in preiudicii filii.

Accusator In multis casibus potest quod post mortem accusari ut in. g. per contrarium instide here. que ab intere. Quero nunquid accusator mortui debeat se inscribere ad penam talionis si cut accusator uiu. de quo in l. qui crimen. C. g. accu. non pos. glo. habes singularem quod sic. xxviii q. ii. c. sane profertur. g. si fort. qui aput aliquos est canon. g. per contrarium.

Accusatio De criminis lese maiestatis potest quis accusari etiam post mortem. l. f. C. ad l. iu. maius. et instide heredi. que absente. g. per contrarium. Quero infra quantum tempus post mortem delinquentis durat ius accusandi. tex. est in l. ii. C. de apo. dicit quod ius accusandi et puniendi hereticum mortuum durat quinquennio. Idem dicas in delinquente in principis maiestate. glo. est singularis in l. manicheos. C. de hereticis.

Accusatus Pendente accusatione de furto vel homicidio decedit accusatus relicto herede quo casu accusatio criminis extinguitur quo ad personam. C. si re. uel accu. mor. fu. Modo pone quod heres pro purgatione sui defuncti petit defunctum declarari delictum non commisso an possit. dic quod sic. non ergo extinguitur accusatio quo ad effectum declaratiuum. casus est singularis in l. filio. g. f. de ali. et ciba. lega. et notat bal. in l. i. C. ne ex deli. defunc.

Accusatus Accusatus de crimine capitali si positus est in vinculis debet pristine libertati relaxari quando constat eum non delinquisse. non expectato quod feratur sententia. Idem in carcere rato propter debitum. quia debet relaxari. cum constat eum non debere soluere. tex. est singularis in l. nullus. dum dicit interim retineri. C. de exhiben. re. et istum notat la. lon. et bal. in l. s. et his. ff. de in ius uo.

Adoptio Quero utrum pater possit adop-

tare filium spuriu uel naturalem. Et dicas quod ratione ea ratione ne una uia prohibita alia concedatur. i. ut spurius patri succedat per uitam adoptionis. casus est in l. legem. C. de natu. libe. cuz autent. quibus modis natu. effici. legit. g. et nos non licuit.

Aduocatus Aduocatus consistorialis si fuerit absens per biennium uel cum licentia per quinquennium suo officio ipso iure priuatus intelligitur. casus est in l. f. C. de aduo. diuer. indi. De aliis autem matriculatis absentibus vide bar. in l. pe. que incipit ex eo. ff. de testa. mi.

Aduocatus Nunquid aduocatus verbosus possit aduocatione priuari. glo. est singularis quod sic. in l. ex ea parte. ff. de postul. et est tex. in l. paulus rescripsit Ia. iii. de re iudi. quod iudex per prolationem diffinitive sententie eadem die supplet contra accessoriam. et habetur in. c. cum applicationibus. de ap. in. vi. Quero quid in arbitrio. questio fuit magna rome. nihilominus fuit decum quod idem in arbitrio quod in iudice. et idem esset in delegato. glo. est singularis in l. quia arbitr. ff. de arb.

Adultus Adultus faciens testamentum si remittit tutori suo redditionem rationis non intelligitur remittere ea que de bonis suis sunt aput tutorem. tex. est in l. aurelio. g. gaius. et l. creditor. g. ticia. de liber. lega. hoc est ueru nisi talis tutor sit pater pupilli. quia tali casu intelligitur omnia que de bonis pupilli sunt aput prez. Casus est unicus in l. aurelius. g. ticius testo. de libe. leg.

Adulator Adulator utrum possit esse accusator. et quid in facilis ligatore. Casus est singularis quod sic. iii. q. v. c. similiter in tanta. in glo. in v. gratiosi litigabant.

Adultus Nunquid adultus possit darcitorem filio suo in testamento. Dic quod sic. tex. est singularis in l. iii. g. quis. ff. de admis. tu.

Adulterium Propter adulterium mulier perdit dotem. nunquid autem perdat bona parafrenalia. glo. est singularis quod sic. c. plet uq. de dona. inter virum et ux.

Adulterium Mulier deprehensa in adulterio est infamis etiam non condempnata ipso iure. l. palam. g. que in adulterio. de ritu nup. Quid in viro. dic quod non sed requiritur sententia. glo. est singularis in l. et si crimen. C. de adul. Simile in dicta l. palam.

Alienatio Quero de tali dubio super quo consului. Iudex bononiensis ad instantiam illo de candelolis interdixit uni administrationem honorum suorum per certum tempus. qui talis prohibitus alienauit durante prohibitiōe. demū uult talem alienationem reuocare. utrum sic dari aliquid remedium quod non possit. Et dic quod alienatio nulla est propter temporale impedimentum et cessante impedimento si in quinquenium non fuit reuocata ulterius reuocari non potest. tex. est singularis in l. si maior factus ratu habuerit.

accusator mortui utru.
debeat se inscribere ad peccatum
talius sufficere utru.

Jus accusandi mortuum he-
reticu. In criminis lese ma-
iestatis durat inquinatio.
post mortem non amplius

alias est in l. i. de contrahen. c. m. p. et per hoc l. i. m. ita regulam quod ab inicio de reg. iuris.

Alienatio| Prohibitus alienare sine decreto rem illam non potest alienare etiam habita licetia nisi primo iudici declareret causam quare alienet. glo. est singularis in l. ii. C. quando appellatio non est necesse.

Ambasciator| Ambasciator uel alius cui pro stinere faciendo statutum est salarium si in loginquis partes iterus est. potest singula ebdomada sibi habere unum diem quietis nec propterea perdit salarium eius diei magisq. pro aliis. glo. est singularis in c. cupientes. q. qd si per xx. de elec. in vi. quod multum notat lo. de imo. in l. continuus. q. cum ita. de. b. obli.

Amicus| Dicit Cy. in l. exigendi. q. de procura. cuius opinionem sequitur bar. in l. non solum. q. qui alienam. ff. de procu. Et doc. in l. sed et he. eo. ti. ponunt q. sicut coiuncta persona potest pro consueta agere sine mandato ita amicus pro amico. per l. nemo. q. qui frater non est. ff. de here. insti. Item posset allegari tex. in l. uerum ff. pro socio. Sed ego credo hoc non esse uerum quia propterea dicit in c. cum c. canonicus. de offi. dele. q. canonicus potest recusari suspectus in causa concanonici. et hoc propter suam dilectionem et amiciciam necnon coniunctionem. que censentur inter eos esse. et tamen glo. est ordinaria q. canonicus non agit in causa concanonici. si sine mandato. cum m. de consti. Secundo sic inter beneficium ecclesie et ipsam ecclesiā cēsetur fore magnum ius dilectionis et amicicie et tamen habes q. beneficiatus in ecclesia non potest regulariter agere pro ecclesia sine mandato. tex. est fm. communem lec. et glo. in c. coram dilecto. de offi. dele. licet fallat in aliis casibus notatis in c. cum olim. de testi. et in c. si quis presbiterorum. de re. ec. non alie. Tertio me mouet l. tutori. C. de neg. ge. ibi etiam illis verbis satis est ut in paucis amico libere consulatur et sic induco. nam ibi patet q. negotiorum gestor erat amicus. et in si. subdit. q. si non agit in iudicio non potest ei imputari culpa. quia si egisset posset ei obici de carentia mandati. Item speciale est in interdicto recuperande quia amicus habebat a lege tacitum mandatum pro amico. nam tu habes q. si deiectus potest incontinenti recuperare etiam per amicos. l. deuotam. de mate. c. cum dilecto. de sen. ex. cum si. Sed quid dico probatur ex casu unico de sin. in l. i. secundum ueram lec. glo. approbatam super uerbo retinebat. C. si per vim. uel alio modo. et ibi bar. facit maximum festum. ergo in contrarium est ius coe. et per istū tex. ego reprobaui in curia romana. viii. sententias latas ultra montes. et partim in curia romana cum ageretur de interdicto recuperare. poss. per minus legitimam personam. et non habentē mandatum. Ego autem feci probari q. inter agentē et alium cuius nomine agebatur uigebat maxima amicicia et ita pronuntiavi et habui maximam

laudem. licet aduocati clamauerūt contra me coram papa. sed solum per istum tex. me defendi ab eis. et habui maximum honorem ecclesiastis. corum flo. et est ratio specialitatis in d. l. i. in odiū uiolenter. possidentis. preterea speciale est fauore pupilli qu. solempni amicicia sibi coiunctus intelligatur habere tacitum mandatum ad agendum pro eo. l. ii. ff. qui pe. tu. ergo in contrarium est ius coe. et fm. hoc facit. l. ii. de neg. ge. Secundum ueram lec. non ob. l. hec autē. q. defendi. ex. qui. causis in pos. ea. quia loquitur ex preconuenti. ego autem loquor quo ad agendum et hoc ego mihi reseruaueram.

Appellatione rei| Clausula ap. re. i. rescriptis principiis uel pape apposita non tollit appellations iustas. l. i. q. interdum. a qui. ap. no licet et per canonistas in c. ut debitus. et c. pastoral. de ap. fallit in cardinali cui si committitur. causa ap. re. propter eius dignitatem ab eius sententiā non appellatur siue iusta siue iniusta. Ita bal. in l. i. ff. de offi. prefec. preto. pro quo dicto uidet glo. in d. q. interdum.

Appellatio| Duo prorogat iurisdictionē unus a cuius sententia als non appellatur. et coram illo. litigant qui iudex fert sententiam. Ille contra quez est lata uult appellare. queritur an possit. et dic. q. non. casus est singularis i. l. epistole C. de ep. audi.

Appellatio| Dicit tex. in c. gratum. de offi. dele. q. appellans ab interlocutoria si post appellacionem reuertitur ad iudicem a quo appellavit et coram eo facit aliquem actum uidetur renuntiare appellationi interposita. ut plene in c. si a iudice de ap. in vi. hoc est uerum nisi ille actus ad cuius expeditionem reuertitur appellans impugnet uel reprobetur a parte aduersa. uel a iudice a quo est appellatum. quia tūc per talem actum impugnatum appellans non uidetur renuntiare appellationi. c. cum uenisset. de eo qui mit. in posses.

Appellatio| Iudex a quo appellatur potest appellanti prefigere terminum. j. quem se presentet iudici ad quem. et hoc est uerum si iudex defert. si autem refutat appellationem tunc no potest prefigere terminum. et si prefigit nulliter pfigit. dictum est singularis Inno. in c. fi. de actio. et ita seruatur in curia. licet specu. in ti. de app. In quarta parte se quirit. j. que incipit reuerendo uel sanctissimo teneat contrarium. non tamē aliter refert Inno. et tenet do. de sanguiniatio c. i. de app. in vi.

Appellatio| Quando appellatur a sua diffinitiva iudex a quo appellatur. potest statuere terminum. j. quem debeat comparere coram iudice ad quem. modo pone q. iudex a quo defert appellationi et statuitur terminus infra quem fides sibi fiat q. ipse se presentauit coram iudice ad quem. Modo quero si. j. fm. terminum statutum no fuit facta fides iudici a quo. q. appellatis. se iudici ad quē presentauit. appellatio censeat

2
Ex parte iudicis
Quando pro amico
In iudicio no pte. et ere. uel
q. in ei deto. rce. pade. et
In favore pupilli ut hic

Domini pontificis
deserta bal. mouet in. l. omnes. C. de ap. et dicit
q. licet appellans omittat facere fidem iudici a
quo. j. terminum. non tamen appellatio censem
deserta poterit tamen talis casu iudex a quo sta
tim post terminum suam sententiam executio
mandare non obstante pendentia appellationis.
adeo q. illa executio non revocatur per titulum
nil nouari ap. pen. Dictum est frederici de senis
in suis consiliis. consilio. xxvii. et refert butri.
in. c. ex insinuatione de ap.

Appellatio| Non potest appellari a sententia
qua iudex pronuntiat ad ulteriora procedendū.
nulla facta mentione expensarum si pars tacuit
per. xv. dies. etiam si iudex post illud tempus
talem condempnat ad expensas de quibus post
nullam fecerit mentionem. de quo uide in littera e. in uerbo exceptio.

Appellatio| Appellant et alleganti se fuisse
impeditum in primo termino an detur secundus
si probet se fuisse impeditum per unum testem
et petat sibi deferri iuramentum in defectum se
miplene probationis uide in littera. i. in uerbo
iuramentum in. c. quod incipit ad finiendum et
prosequendum.

Appellatio| Si epo vel capitulo conceditur p
uilegium q. ab eius sententia non appelleatur an
possit appellari a sententia sui uicarii. uide in lit
tera. p. in uerbo priuilegium. in. c. quod incipit
conceditur priuilegium.

Appellatio| De iure canonico licet a senten
tia uicarii non appelleatur ad constituentem eu
ut est tex. in. c. romana. de ap. in. vi. tamen d. iu
re ciuili a sententia uicarii appellatur ad consti
tuentem. casus est in. l. a proconsulibus et in. l. p
cipimus. C. de appell.

Appellatio| Appellatione emptionis et uedi
tionis quid ueniat. uide in littera e. in uerbo
emptione.

Appellatio| Confessus et conuictus nō audi
tur appellans. l. obseruare. C. quorum ap. nō re
que est canonizata. ii. q. vii. quorum. et habetur
in. l. qui sententiam. C. de pe. et. l. creditor. q. ius
sus de ap. Canoniste autem fuerant in alia op
tione q. confessus absq. q. sit conuictus non ap
pellat. et habetur hec opinio in. c. cum speciali. q
porro de ap. et. c. romano eo. ti. in. vi. Secus si ē
conuictus in sententia et confessus post quia tunc
non dengatur appellatio. glo. est singularis in. l
non tantum. ff. de appell.

Appellatio| Appellatione uulneris quid uen
iat. uide in littera. l. in. c. quod incipit uulnus.

Appellatio| Nunquid in appellatione possit
remitti ordo iuris consensu partium.

Appellatio| Nota tex. in autentica ei qui. C
de tem ap. qui est canonizatus. ii. q. v. qui dicit
q. instantia appellationis cause durat anno. et ex
causa biennio. quo elapsi manet firma sententia.
et debet executioni mandari. Modo quero an
eo termino elapsi possit appellatus dictam appella
tionem prosequi. Legiste de hoc nihil habent

et uidetur q. non quare in iudiciis pares esse de
bent actor et reus. l. si. cum si. de fruc. et si. exp.
C. dicit sic. aut appellans non continuat nec fu
st appellationem prosequutus et tunc etiam ap
pellatus dicto tempore decurso appellationem
prose qui non poterit etiam si appellans conser
nit. hinc est casus in cle. si appellatione de ap.
Appellans prosecutus appellationem coram iu
dice ad quem licet non dum ad finem deduxit.
et tunc perempta instantia potest appellatus p
sequi appellationem etiam in uno appellant. ita
habes te x. singularem in. c. ex parte de Rptis.
fm singularem intellectum glo. quem ibi prose
quitur lo. an. et ibi Anto. in. c. sepe. de appell.
et domini de rota et etiam prosequitur fredericu s
at inuenies in dictis locis.

Appellatio| In appellatione interlocutoria ne
cessaria est insertio cause. secus in appellatione
a diffinitiu. modo pone q. appellans in diffini
tu expressit causim et friuolam utruim p. hoc
appellatio sit nulla ipso iure. et dictum est singu
lare lo. an. q. sic in. c. cordi. in ultima columpna.
de ap. in. vi. in n. uella. et mouetur quia in con
tractu cause appositi non est necessaria. tamen
si apponitur falsa uiciat contractum. ergo simile
in appellatione allegat notata in. c. fi. de condi
appo.

Appellatio| Vbi appellans comparet coram
iudice a quo. et aliquem actum facit uidetur ap
pellationi renuntiare. ut in. c. cu. uenisset. de tes.
et in. c. gratum. de offi. delega. hoc est uerū ubi
talis actus qui sit coram iudice a quo sonat in fa
cere. secus si sonat in pati. quia tunc per istum
actum non uidetur renuntiare appellationi. ut
dicit Iano. in. c. cum olim secundo in fi. de testi.
Secundo fallit ubi talis actus qui sonat in fac
tendit ad appellationem fortificandam. ga tunc
non uidetur appellationi renuntiare. glo. est in
c. si a iudice. de ap. Tertio fallit ubi talis actus
licet sonet in agere. tamen pro parte aduersa sit
refutatus. quia tunc nunq uidetur per istum ac
tum appellationi renuntiare. glo. est in. c. cu. ue
nisset. de eo qui mit. in pos. ca. rei fuan.

Appellatio| An a sententia lata super causa
que desiderat celeritatem possit appellari. puta
dampni infecti. specu. in ti. de ap. q. in quibus.
b. sed nunquid quando iudex. in ti. de offi. sud.
q. iudicis officium. b. sed an. in eisdem nihil fir
mat licet de hoc uidetur tex. in. l. fi. de ap. rescī.
q. non possit appellari. Sed dubium mihi facit. l.
i. C. d. peda. iudic. ubi uidetur tex. apertus q. pos
sic appellari. nisi dicas regulariter non posse. ut
in dicta. l. fi. fallit ubi sit causa mixti imperii. ut
puta causa dampni infecti quia tunc poterit ap
pellari. ut. d. l. placet quam nemo inducit.

Appellatio| Appellatione dampni an ueniat
impensa. uide in littera. d. in. b. dampnum. inci
pit nunquid appellatione.

Appellatio| Omnipotentis dei postulato suf
fragio. quo ad primum quo queritur an ualeat

Confessus absq. eo. q. su. 91
uictu. nō p. appellare

3

appellatio a precepto de exequendo facta absq; cause cognitione. Videtur dicendū q; licet bar. ad hoc nihil allegās in.l. ab executore. ff. de ap- tenuerit q; non. et similiter butricarius in.l. ab executore. C. quorum ap. non reci. tamen opinio eorum est falsa et a modernis cōmuniter repro bata hūis rationibus. prima q; talis sententia est interlocutoria habens uim diffinitiue. ut firmat ange. et omnes secuntur in.l. stipulationum. q. & ff. de. v. obli. et in.l. imperium. ff. de iurisd. om. su. et ita ipse expresse consuluit et do. pe. de An cha. quorum consilia poteris uidere etiam si li- bet. Sed in appellatione ab interlocutoria haben te uim diffinitiue omnia ea circa insertionē sūt precise seruanda que in appellatione a diffinitiā ut tenait Io.an. et omnes secuntur in.c. perue- nūt. scđo. de ap. et bal. in.s. minoribus. C. de his qui ut indig. et in.l. lusurandum. et in.l. ad pecu nias. ff. de iuriū. et est glo. singularis in.c. fi. de elec. in.vi. in.v. inanes. ergo non est causa exprimenda. cum nec in appellatione a diffinitiua sit expressio cause necessaria. ut.l. appellati. in fi. et l. seio. q. non solere. cum ibi notatis. ff. de ap. Se cunda ratio quia in appellatione ab interlocuto ria uera est necessaria cause exp̄ssio. ut in.c. cor di. d ap. in.vi. et ut plene nō. in.c. ut debitus. et in.c. interposita. de ap. et in.l. ii. de ap. et in.l. ait p̄tor. q. permittitur. ff. de mi. fuit ista uidelicet. ut iudex a quo diligenter aduertens ad causam expressam. causam considerans ueram et proba bilemanoueatur ad ipsam interlocutoriam reuo candal. put potest. l. quod iussit. ff. de re iudi. et.c. si a iudice. de ap. i. vi. et.c. cum cessante. eo. ti. in antiquis. sed hec ratio cessat in interlocu toria habente uim diffinitiue qualis est. ista de qua. quia cum interlocutoriam uim diffinitiue habentem iudex reuocare non possit ut conclu dit glo. in.d.c. si a iudice. in.vi. in.v. inanes. et Io. an. et do. anto. in.c. cū cessante allegato. in p̄ca de re iudi. Tertia ratio quia in appellatione ab interlocutoria fuit necessaria cause expressio. ra tio est quia ex ista expressione et nō ex alia po test appellatio coram iudice ad quem uerificari et sic est necesse q; expressa oportet iudicem interloquentem fuisse iniuriatum parti appellati. ut in cle. appellati. de ap. et in. q. permittitur et plene notatur in.l. ii. et.l. per hanc. C. de tép. ap. sed hoc non habet locum in appellatione ab interlocutoria habente uim diffinitiue qualis ē hec de qua. quia cum appellans ab interlocutoria habente uim diffinitiue possit iustificari ex aliis causis q; in appellatione expressis. ut singu lariter concludunt domini de rota in suis deci sionibus. cccc. lxxxiii. quas poteris uidere ergo z̄. Quarta ratio quare legiste mouentur ad di cendum q; dum appellatur a precepto de exe quendo requiritur cause expressio est. quia re gulariter ab ea appellari non potest nisi excedat iudex in curia ut in.d.l. ab executore nō. et i.l. ab executione. et in.c. nouit. de ap. cum ibi nō.

Ted ista ratio nulla est. et clare probo. ratio quia cū cōmittitur appellatione remota nō potest a sententia appellari nisi ex causa per quam ex presse a iure permittitur appellatio. ut plene nō in.l. i. q. fi. a qui. ap. non licet. et tamen dicto ca su in appellatione a talis sententia experitī non licet. et ideo iustum casum reseruat sub dicta re gula. l. seio. cuius contrarium uidetur si procede ret ratio bar. et bu. estq; hec ueritas. et ita ser uat palacium apostolicum. et ita in eodem sepe pronunciaui. Quo ad secundum. An statutum prohibens a sententiis latis super executione i strumenti quarantigati appellari habeat focuz isto casu. uidetur dicendum q; nō. quia statutū talia instrumenta priuilegians intelligitur d ua lidis non autem de nullis. ut est hoc fm qd nōt Io.an. referens disputatiue in additi. specu. i. ti. de sen. in. q. hoc interdictum. et bal. in.l. si absen tis. C. si cer. pe. et.l. eam. et.l. si causam. C. de ex ecu. rei fudi. et in mille locis habetur. sed hoc i strumentum est nullum proxime probatum. S. Quod autem ita sit probatur. quia dicitur in eo deficere nomen imperatoris quod est unum de requisitis ad solemnitatem instrumenti ut in auten. ut proponatur no. impe. in prīn. et quod nō. in.l. generali. C. de tabu. li. x. et.c. inter dilec tos de fi. instru. et.l. iurisgentium. q. quod fore. ff. de pac. Secundo quia fuit examinatum et pub licatum parte non citata cuius citatio de necessi tute requiritur in talis casu. ut concludit Cy. in auten. si quis in aliquo. C. de eden. et.l. ii. ff. de fi. instru. c. albericus de testi. re. cum p. de fi. in stru. et specu. de instru. edi. q. ostento. v. qualiter. et etiam uerbum maximum eo casu quo pti iterum tabellio edit. cum per prius eidem fuisse editum. ut.l. si quis ex argētarīis. q. fi. et ibi nōt bar. ff. de eden. et plene pet eundem in.l. i. de ta bu. exhi. et hec sufficiant.

Appellatio A delegato appellatur ad delegā tem. ut in toto ti. quis et a quo. mō pone q; ep̄us delegauit causam uni canonico qui tulit senten tiam a quo appellatur ad uicarium. an ualeat ap pellatio. Ponit Archi. in.c. ii. de consue. vi. ubi dicit q; sic. quia ep̄i et uicarsi idem est tribunal ut ibi et in.c. romana. de ap. in.vi. Ego de hoc dicto dubito. quia per totum parificare uidetur ratio casus in contrarium. nam ista duo equiparantur appellatio a iudice interposita. et recusa tio iudicis ut suspec. de ap. super eo. sed ego ha beo casum q; si delegatus ep̄i recusatur ut suspe ctus causa debet coram ep̄o agitari non coram uicario. ut est casus in.c. si contra unum. de ap.

Ad rationem archi. responde. quia licet sit unū tribunal. non tamen est idem in causa delegata. ab ep̄o. quia in ea maior est delegā uicario. un de ad uicarium tanq; ad minorem non potest ap pellari. quod nota perpetuo.

Appellatio Procurator tenetur. appellare a sententia lata contra dominum licet sit dubium an teneatur primam p̄sequi. l. mutus. C. de p̄cu.

Episcopii et iuricatiū
idez est tribunal:

In causa delegata ab ep̄o ad
ipsū est applicātū et nō ad cō
uicariū

et c. non iniuste eo. ti. Nunc quero quid in de-
fendente sine mandato tanq; negotiorum gestore
nunquid iste talis teneatur ad interesse actione
negociorum gestorum. uidetur q; non. quia nego-
ciorum gestione voluntas gerentis responde-
re facit. quia satis est sicut ut in paucis amicis
laboribus consulatur l. tutores qui. g. ii. ff. et ad
ministr. tu. et. l. tut. ff. de neg. ge. In contrarium ui-
detur ueritas. quia si tenetur saltem interponer
appellations. alii tenetur ad interesse. casus est
singularis in. l. liberto. g. litis ff. de neg. ge.

Appellatio Dicit tex. in. l. Interpositas. de
appel. q; quando appellatur ab interlocutoria iu-
stificatur appellatio si ipse offert se statim pro-
baturum causas expressas. Idem etiam si non di-
cat statim uel incontinenti quia illud subintelli-
gitur. tex. est singu. in. c. exhibita de iudi. quo
casu sufficit probare ad iustificationem app. q;
ipse obtulit se probaturum se incontinenti. non
autem requiritur probare iuste uel iniuste ap-
pellatum. ut. d. l. interpositas.

Apóstoli Reperitur i actis q; iudex dedit
aplos. nec dicitur de quibus. dic q; intelligit de
reuerentialibus si non constat i quibus. ut in. c.
dilectis filiis. ex. de ap. et ibi refert do. anto.

Arbitr^o Quem locum debet eligere pro dā-
da sententia arbiter. uide in littera. s. in uerbo
sententia.

Arbitramētum Quero nunquid arbitramē-
tum retractetur pretextu instrumentorum no-
uiter reportorum. Fredericus de senis ponit in
suis consiliis numero. xxiii. quod incipit petrus
rector ecclesie qui sic decidit. aut ille qui produ-
cit instrumenta in causa reductionis sciebat in-
strumenta esse penes se et noluit producere co-
ram arbitratore sed producit in causa reductōis
et tunc aut non produxit simplicitate quia cre-
debat obtainere sine illis et potest producere aut
dolo non produxit ut aduersarium litibus uersa-
ret. et tali casu concluditur q; arbitramētū nō
retractatur per ista instrumenta. allegat do. Io.
an. in. c. inter monasterium de re iudi. fallit hoc
in ecclesia quia si rector ecclesie compromittac.
In aliquem ut arbitratores dolo desit instrumen-
ta producere potest tamen producere in causa
reductōis quia dolus rectoris non preiudicat.
Aut non produxit quia non inuenit et poterit
producere ut ibi. Sed si sit in sententia criminali-
lata an retrahatur pretextu instrumenti nouer-
ter reperti. uide in littera. s. in. p. s. nia.

Arbitr^o An dispositio legis sit debitoris de
officio iudicis. de qua in littera. s. super uerbo
iudex delegatus. an habeat locū i arbitro. dic q;
non. quia ad hor ut arbiter possit facere pceptū.
requiritur litis contestatio. ita dicit bal. in. l. eos
C. de executione rei iudi. pro quo facit. c. uno de
legatorum. de offi. deleg. ubi papa arguit de de-
legatio ad arbitrum. et uide omnia in dicta littera.
i. in uerbo iudex delegatus. ubi habes an habe-
ant locum in iudice delegato. Item au terminus

x. dierum qui datur confessio habeat locū corā
arbitro dic q; non. ita dicit bal. in. l. eos. C. d. ex
cep. rei fudi. An autem terminus qui datur iudi-
catis habeat locum in arbitro mandante et non
opponente termino. dic q; non. sed per arbitruz
debet presigi terminus. tex. est in. l. si cum dies
g. si intra. ff. de arb. iuncta glo. i.

Arbitr^o Dicit tex. in. l. si quis in conscriben-
do. C. de pac. q; arbiter facit litem suam male su-
dicando. Modo quero an faciat litem suaz negli-
gendo. iudicare intra terminum sibi prefixum.
tex. in preallegata. l. in. p. neglexerat nihil facit
quia intelligitur si neglexerat exceptiōes oppo-
nere que de iure poterant opponi. Sed tu dic q;
facit litem suam per tex. singu. in. l. i. g. sciendū
p. diuin. iuncto. g. precedenti. ff. de pac. conuen.
et allegat bar. in. l. fi. C. de contra. emp. In arbri-
tratore an faciat litem suam. uide tex. in. l. ii. ff.
pro socio. et est glo. insti. de oblig. que ex quali-
male. et uide auten. decernimus. C. de arb.

Arbitr^o Factum est compromissum corā ar-
bitro d. una re. et pendente compromisso res pe-
riit quero utrum arbiter possit arbitrari super i-
teresse sine novo compromisso. et dic q; sic. tex.
est singularis in. l. nec distinguemus. g. causa p-
missa. p. item non est cogendus. ff. de arb.

Arbitr^o quando a lege uel statuto datur ter-
minus arbitris ut si sit statutum q; si duo primi
arbitri discordes fuerint possit tertius arbiter
esse uel debeat esse potestas. Hoc casu iste talis
tertius poterit solus ferre sententiam. secus si a
partibus eligeretur hic tertius quia tunc unacū
aliis debet pronuntiare. l. sicuti. g. fi. de arb.

Arbor Bar. in. l. i. ff. arb. ced. format questi-
onem. An ueniat puniendus iste qui destruit ar-
bores in suo territorio positas. Sed ego quero an
plantans arborem in suo que extēdat ramos su-
per meum me ignorante puniatur pena aliqua.
An possim illud quod supra meum extenditur
saltim mea auctoritate incidere. et dicas q; aut
illud quod super re mea extenditur edificat to-
taliter super re aliena. et tali casu quatenus extē-
ditur in medio non possum auctoritate incidere
sed debeo agere coraz iudice ut id excidat. tex.
est in. l. quemadmodum g. si protectum. ad. l. ac
quis. et. l. i. C. de interdictis. Aut id quod exten-
ditur edificatur in re cōmuni mihi et tibi. et ta-
li casu quod extenditur possum propriā auto-
ritate destruere. tex. est singularis fm ueram le-
turam glo. in. l. sed si inter me et te. ff. de serui.
urba. predi.

Argumentum Argumentum a cōtrario
sensu locum habet in statutis. ut nō. in. l. i. de cō-
di. inser. quod limita uerum fore nisi ex eo ar-
gumento sumpto a contrario sensu statuentes.
In penam inciderent ut est glo. unica in cle. i. in
uerbo. exquisitis de usu. et pone exemplum in
dictante q; quilibet non possit recipere ultra so-
lidum pro flo. cum statuentes forent excōmu-
nicati quod nota.

argumentū
a cōtrario sensu
locum habet
statutis qd
mitant hic

quando iudex dedit apog
tolos et nō dicit tex quib.
Intelligit de reuerentialib.
et nō de refutatorijis

Arma| Portare arma est de iure prohibitum
l.i.ad.l.iul.d.u.i que autem sit pena rustici intratu
tis ciuitatem cum armis uide in littera.r.in.b.
rusticus.

Ars| An esse cocom sit ars. et in eo qui fo
dit herbas. uide in littera.c.in.b.cocus.

Artifex| Artifex qui promittit facere per
seipsum non potest facere per substitutum.l.in
ter artifices. ff. de solu.ad idem tex.l.imperato
res de pollici. et.l.continuus. q. qui insulam. de
b.oobl.pone modo q talis promittens est banni
tus a loco ubi promisit. an possit facere per sub
stitutum.dic q sic per tex.n.o.in.l.de pollicita
tionibus. ff. de pollici.

Articulus| Accusatus q occidit. alius ar
ticulat et ponit q ad sui defensione occidit. et
ita testes producti deponunt. an iste articulus
ita simpliciter probatus probet et inducat excu
sationem.dic q n.o.sed debet ponere se occidisse
ad necessariam sui defensionem et q als non po
tuisset utram euadere. et hoc dictum fuit singu
lare bal.in.l.unica.C.de confess.quod nota.

Incipit littera.B.

Annitus| Nunquid bannitus
ad terminum.x.dieru
si certum quid non fecerit uel non com
paruerit possit impune offendere ante elapsum il
lorum dierum si constat eum in termino facere
non posse et compare non posse. uide ang.io.l
stipulatus mihi apculo. ff. de b.oobl.

Bannitus| Solum princeps seu ciuitas no re
cognoscens superiorem potest bannitis dare li
centiam remeandi.l.relegati.in fi. ff. de pe. et
notat bar.in.l.i qui reus. de pub. iudi. hoc esse
uerum nisi banoitus alios multos duxerit in for
ziam ciuitatis in qua bannitus est personaliter.
qui similiter erant banniti. quia tunc iudex po
test ob remunerationem dare sibi licentiam. ut
est tex.singularis in.l.n.o omnis. q. fi. ff. de leg.

Bannitus| Bannitus relegatus uel positus ad
confinia potest compellere debitorem suum ut
alibi soluat q in loco promisso si ab isto loco ipse
est bannitus cum ibidem procuratorem conti
tuere non possit. tex.est unicus iuncta glo. ab a
lis male notatus in.l.usuras.C.de solu.

Bannitus| Per pacem factam cum bannito
simpliciter intelligitur facta restitutio non autem
remissio. casus est singularis.x.col. de pace con
stan.in.b.privilegia omnia. ubi uide bal.

Bannitus| Bannitus fuit inuentus in loco a
quo fuit bannitus. quero qua pena puniatur. dic
q pena deportationis in cuius locum hodie suc
cedit decapitatio. tex.est singularis in.l.mathem
aticis. de ep. audi. de confinato est tex.in.l.re
legati de penis.

Baptizatus| Quero nunquid baptizatus
cum credit mori possit promoueri ad ordinem
presbiteralez cum hoc quodammodo faciat ex ne

cessitate. dic q non nisi ordo presbiteralis defici
at uel sanitas illud suadeat. casus est:l.i.di.c.si
quis in egritudine.

Beneficium| Beneficium collatum per u
carium ep. ad hoc habentem speciale mandatu
si tempore collationis erat constitutus alius ui
carius utrum teneat collatio. uide in littera.u.i
b.o.vicarius.

Beneficium| Quero utrum filius condemp
natus criminis lese maiestatis priuetur beneficio
ecclesiastico iam quesito. Et pmo uidetur q sic
nam talis filius infamis est.l.quisquis.C. ad.l.
iul. maie. sed infamia ne dum deiecit a dignita
te querenda sed remouet a iā quesita.l.infamia
C.de decu.l.i.x ergo priuatur tali beneficio. et
sic dicas. iudex secularis non potest quem pua
re ecclesiastico beneficio. fm.l.cum probatio. si
de proba. que dicit. delictu tuum punit nō ego
et sic non principaliter eum punit secularis lu
dex sed in consequentiam. In contrarium tamē
est glo. singularis.lvi.d. satis peruersum. quod
uerum. si est crimen lese maiestatis temporalis.
secus si diuine. quia tunc priuatur. ut in.c.unico
de scisma. et.c.quocunq de hereti.l.vi.

Beneficium| utrum collatio beneficii possit
probari per conferentem beneficium. uide in lit
tera.t.in.b.titulus in dicto quod incipit quida
dicit.

Bona| Bona dampnatorum ad mortem de
bent publicari. Modo quid de indumentis
dic q sunt officialis iudicantis. qui pecuniaz ex
dictis rebus redactam conuertit in necessitatibus
sui officii. tex.est singu.in.l.diuus.de bo.damp
dum loquitur de pannicularia.

Bona| Statutum dicit q ad quemcunq per
ueniunt bona alterius omnia sive in ultima uo
lontate sive ex contractu. sive inter viuos ipse
stentur pro debitis illius cuius fuerūt bona. mō
quiero bona ticii deueniunt non simul sed sepa
tim utrum iste teneatur ad debita uigore cōsti
tutionis et statuti. dicas q non.in.l.si peculiuz
la piccula quam ibi ponderat bar. ff. de pe.le.

Bona| Quero cui applicentur bona rebellium
sita extra territorium bannientis. uide in litte
ra.s.in.b.summa. i dicto quod incipit licet mag
na sit dubitatio. ubi uide quomodo publicentur
bona.

Bona| Ordo mendicantium est incapax re
tentio bonorum tam in cōmunt q in particu
larī. ut i cle. exiui. de. b. sig. Modo quero cui ap
placentur ista bona ingredientis religionem. po
nit Inno. et Io. an. in.c.in presentia de pro. spec
in. q. l. b. iii. de sta. mo. ponit bar. in tractatu mi
no. in ultima questione. v. libri. frede. consilio
xxvi. et bal. in auten. ingressi. de sa. san. ec. Alii
dicunt q ecclesie romane eo q habet fiscum. sz
non in fisco in hoc quia ut notat Io. an. in.c.si
i. vi. in nouell. papa abstulit ius succedendi ta
libus ab ecclesia ro. q ingredientis talia mōsteria
Alii dicunt q uenientibus ab intesta. per autē.

Judicamenta dampnatorum ad
mortem. cui pertinet.

bo. da. de bo. prescrip. hoc est uerum nisi hec bo na sint reicta illi qui ingreditur monasterium cum grauamine. cum conditione si sine liberis cederet quia tunc non applicant uenientibz ab intesta. sed debent expendi ad pias causas. casus est singularis in autem. de san. epi. q. sed hoc pre senti. in fi. et ponit ange. in questione que incipit nobilis quidam genere. in ultimis uerbis.

Constitutio bonorum possessio | Casus in quibus bonorum possessio fuit necessaria ponuntur p glo. in l. certuz. C. unde cognati. et unde leg. et l. om nium. C. de testa. sed additum. tu scis q here ditas non aditur per procuratorem. l. paulius. de ac. her. alias incipit per procuratorem. sed bonorum possessio sic. l. iii. q. acquirere. de ac. pos. et ex hoc resultat pulcher effectus. nam si aliquis nomine pupilli instituti heredis agnoscat bonorum possessione de iure pretorio iudice scierte pro quo sit agnitus esse pupillum talis casu agnoscat facit talem pupillum heredem etiam si non habeat mandatum ante ratificationem. casus est singularis in l. pe. ff. de bo. pos. titulo generali. licet sit simile fm intellectum bar. l. seruus eodē titulo.

Constitutio blasphemie | Ille qui dicit al nome sia de dio. uel ad despectu de dio. an uideatur blasphemare deum. uidetur q sic. ut in autem. ut non lux. con. na. et. c. ii. de mal. et in. l. i. si quis impera. ma ledix. xv. di. qualis. et in epistola canonis apostoli principium ibi. cum michael archangelus. z. c. In contrarium est ueritas. dico ex communisu loquendi quia ista sunt uerba iniuriosa et contumeliosa potius q maledictio. ff. de here. insti. l. q. ciens. q. si quis nomine fm intellectum roget. no ergo omnis contumelia est blasphemie uel male dictio maxime fm communem usum loquendi in felici patria in his sermonibus sceleratis. et ita consulo.

Constitutio blasphemans | Statuto cauet q blasphemias deum puniatur in centum. alio autem statuto q si iudex condemnat contra formam statuti lat penam. Quidam blasphemauit dicendo ad de specto de dio. Iudex condemnauit eum in centum nunquid in scindicatu iudex poterit cōdēp nari tanq condempnans contra formam statuti. Et uidetur primo dicendum q iudex debet cō dempnari. quia ista uerba potius tendunt ad contumeliam q ad maledictionem. ff. de here. insti. l. quotiens. q. si quis nomen. quia nomina ex communisu loquendi sunt intelligenda et pene sūt restringende. de regu. iu. i. vi. in. c. i. penis. et. c. odia. et de spon. c. ex litteris. et sic cōsuluit do bal. consilio. xii. Contrarium puto uerius. quia dato q stemus usui uerborum potius q significa tioni uocis. l. non aliter. ff. de le. iii. et not glo. i. c. nonnulli. de resc. tamen in hoc casu non resce dimus a dispositione legali. l. iii. de. b. sig. ubi talis sic proferens dicitur blasphemans. et notat xxii. q. i. in. c. si quis per capillum. et bal. uidetur sentire suo consilio de pena iudicis taliter iudi

cantis sed tantum de interpretatione uerborum et eorum significatione. nam in penis aliter iudicatur contra delinquentem in creatorem q contra naturam. primo casu seruatur rigor omnino secundo casu fauet equitas. ut notat inno. in. c. dilecti. extra de iud. potest enim iudex adherere se legali dispositioni condemnare ad penam predictam. et sic iudex non incidit in penam dicti statuti. ita dico et consulo.

Incipit littera. C.

Apitaneus | Capitaneus uel po testas uidentis rix-

antes ex fenestra non mittens familiari potest suo officio priuari. et dicitur iusta causa priuationis. ita bal. dicit in. l. i. q. quies. ff. de of. pre. ur. ubi allegat dictum Cy. in. l. si seruus C. de noxa. quod dictum loquitur in potestate habente filium rixosum. quo casu si non prouidet potest licite ab officio expelli. sed satis habere au toritate bal.

Causa | Vbi causa committitur consilio sapientis cuius expensis debeat committi. uide theoretā bar. in. l. si postu. ff. de adul.

Causa criminalis | Quero utrum in causa criminali concedantur iudiciale deliberatorie. uide tur q sic. quia in criminali procedit ad instar cæciuilibus. l. absentes. ff. de pe. in ciuilibus conceduntur ut in autem. offeratur. C. de litis contes. secundum quia ubi maius periculum ibi cautius est agendum. c. ubi periculum. de elec. in. vi. glo. tamen est singu. in contrarium. ii. q. iii. de iudicis.

Causa | Quero pupillus processit in causa auctoritate tutoris et sic factus est dominus ista tie. l. nulla. et. l. ex pluribus de procu. ubi iudex citat tutorem et non pupillum ad audiendū sententiam an ualeat sententia. bar. ponit in. l. furioso de reg. iu. Io. an. refert in. c. in nomine domini. de testi. in. nouel. et ponit bar. et bal. in. l. i. C. de sen. et in. d. l. nulla. et in. d. l. ex pluribus. et dictas q talis sententia ualeat. licet quidam doc. p sup dicta dicant contrarium. iste est tex. singu. in. l. si ideo. ff. de euic. et bal. facit festum ad hoc propositum. in. l. si quando inuitos. C. de testi.

Cardinalis | Cardinalis per quod testes possit condemnari. uide litteram. t. in. b. testis. in dicto quod incipit duo testes.

Calix | Calix non potest fieri nisi de massa argentea uel aurea non autem plumbea uel enea est tex. ibi calix et patena de conse. di. i. als. ii. ubi autem calix legatur quomodo debeat fieri. uide. j. in ultima uoluntate in. b. calix.

Causa fortuitus | Casus fortuitus cōtingens culpa illius cui est facta promissio an obliget promittentem usque litteram. o. in. b. obligatio. c. potest quis. An ueniat casus fortuitus a pellatione periculi. uide litteram. p. in uerbo periculum.

Causa fortuitus | Regula est q cum eius rei

Calix non possit
de massa uel
bea. l. tenuis
tin. de auro et
argento.

quam possideo dominium est penes alium et si
res pereat casu fortuito periculum est domini.
l. pignus. cum si. C. de pig. act. hoc uerum quādo
dominium talis rei est penes alium iure cōmūi.
secus si iuste speciali ul' priuato. quia tali casu pe
riit periculo possessoris non autem domini. glo.
est sing. in. l. non omnes. q. si pupillus. p. eius. ff
si certum pe. quam solus notaui. nam ibi domi
nium solute per pupillū suo creditori remanet
penes eum ex priuilegio ante consumptionem
glo. postea ponit questionem incidenter. quid si
pecunia illa periit casu fortuito. nota et scias in
ducere.

Casus mirabiles | Casum mirabile quoq
ulteriores creditores prioribus preferunt uide
litteram. p. in. b. priuilegium. alium uide in lit
tera. e. in. b. ecclesia. alium in littera. m. in uerbo
mutuum.

Casus mirabilis | occuerit. quidam cessit iura
sua potentiori non ratione officiis sed quia mag
nus ciuis quo casu actio remanet apud cedente
quero an possit alii cedi. uel an in ea exercenda
possit constitui procurator. casus est unicus i. l.
eum miles. de ali. iu. mu. ca. ua.

Cautio | Cautio mutiana an habeat locum
in contractibus est dubium. et potest habere lo
cum. ut in. l. siue aput acta. C. de transac. et. l. i. C
de pac. Sed quero quid in dona. cau. mor. casus
est singularis in auten. de nup. q. que uero nūc.
p. si quidem mortis causa. et allegat bal. in. aut.
cui relictum. C. de indi. uid.

Capelle | In ecclesiis cathedralibus plētūq
reperiuntur capelle quibus presunt capellani seu
uicarii qui non sunt canonici. quero an isti sim
plices capellani habeant uocem in capitulo una
eum canonici in ecclesia cathedrali. casus ē q
non in. c. fi. q. precipimus. de sta. mo. quem tex
licet loquatur in clericis regulatis Inno. tamē
extendit ad habentes capellas in ecclesiis secu
laribus.

Carcer | Si escriptum uel mandatum factū
iudici dicat q compellat debitores cōis ad sol
uendum cum omni exactōne que uidebitur sibi
necessaria non potest propterea eos incarcere
ubi carcer a iure cōmuni uel municipalī prohibi
tus est. dictum est bal. quem nico. de mat. alle
gat in. l. i. C. si propter pu. pen.

Clausula | Claua generalis non obstatibus
statutis uel priuilegiis aut constitutoib; qui
buscunq. non tollit constitutionem iuratā. glo.
est singu. in. c. cum non deceat. de deci. i. v. Idē
dicas in clausula non obstantibus pactis uel ca
pitulis quibuscunq. quia non tollit pacta uel ca
pitula iuramento uel sententia firmata. glo. est
singu. in cle. dudum. q. pe. in. b. pacta. extra de
sepul.

Clausula | Cōmuniis est opinio q quando mā
datur duobus uel tribus cum clausula q si unus
uel duo affuerint q tunc unus solus procedere
possit. est necesse q sciat aliū uel alios nō posse

esse in congoſendo u' nolle. glo. est et ibi omes
cōmunister. in. c. prudentiam. de offi. deleg. et. c.
cum plures. eo. tū. et bat. in. l. multum interest. q
condi. et demon. et bal. late in. l. fallus. C. de fur.
Modo pone. papa cōmittit tribus q examinent
unum super ydoneitate. et casu quo eum re
peterint ydoneum sibi prouideant de certo be
neficio de ydoneitate tamen remittendo eorum
conscientiis cum clausula predicta. q si unus u'
duo interesse noluerint ue non potuerint unus
solus possit procedere. Modo pone. q unus ig
norans uoluntatem aliorum processit licet illi
nolint interesse an processus sententie iteretur
decisio rote que uult q supeadicta doctrina fal
lat in casibus beneficialibus in quibus casibus
tenet processus et sententia. et ita dicunt domi
ni mei de rota. c. lviisi. deci. ubi allegant. viii.
di. c. ueritatis. et allegant notata in. c. dilecti. ad
fi. extra de ap.

Clausula | Clauſula petens sibi iusticiam mini
ſtrari in libello posita operatur ut licet conclusio
libelli sit inepta tamen sustineatur ut possit sen
tentia ferri si ex narratione appareat intentio
libellantis. Ita Io. calde. hosti. et mod. in. c. ii. de
ord. cog. Sed glo. v. q. i. quia presulatus tenet li
bellum ualere sine conclusione. et eam sequitur
Inno. in. c. examinata. de iudi. sed anto. ibidē di
cit speciale in spoliato et tenet in. l. i. ff. de ede.

Clausula | Clauſula ista. supplentur omnes q
fectus si quis in eo interuenit de nostre plenitu
dinis potestate apposita in rescripto supplet om
nes defectus preter defectum persone supplicā
tis uel contrabentis. uerbum est singulare spec.
in ti. dele. et refert archi. in. c. cenonomā. et de
pro fideicomisso de leg. i. sed tu da simile in. l. si
uero. q. fi. ff. so. ma. quod nota ad casum. l. roga
sti si cer. pe. ubi quis propter speciez tenebatur
ad pecuniam.

Debitor ostendens geminatam quietatorem
unius debiti an possit unum repetero tanq. inde
bitum solutum. uide in littera. g. in. p. geminata

Debitor in centum uult compellere debito.

rem suum ut liberet alium creditorem sui debi
toris qui est suus creditor in eadem summa. an
possit. dic q. non. casus est singul. in. l. rem. q. fi.
de compensa.

Debitor | Tu habes in autem. hoc nisi. C. de
solu. q. si debitor non potest soluere nec requi
rit ementez. potest compelli creditor ut recipiat
in solutum meliorem rem ipsius debitoris quod
limita non habere locum in ecclesia quia potest
aliam dare non meliorem ut in autem. hoc ius. C
de sa. san. ec. Item fallit in minore qui potest da
re uiliorem. in. l. magis puto. q. ne passim de re
eorum.

Debitor quem constat statim posse soluere
an debeat habere dilationem que abs concedit
miserationis causa ad soluendum. ponit solus Cy
in. l. una. q. exactio. C. de re. ux. acti. ubi dicit ta
lem dilationem non dari. allegat quia cōtemp
nato actione personali lex concedit terminum
quatuor mensium. l. si. et. iii. C. de usur. re. iudi
et in. c. querenti. de off. deleg. sed iste terminus
potest per iudicem tolli ut est casus in. l. debi
toribus. et. l. ii. de re. iu. et in. c. quo ad consulta
tione in extra de re iudi. quod non credo ueruz
quia iura que allegat nolunt q. possit tolli totali
ter. sed q. possit abbreviari per iudicem. terminus
qui datur a lege sine facto iudicis per iudicem no
potest tolli. ut in regula indultum. de reg. iu. in
vi. sed hunc terminus dat lex sine facto iudicis
ergo iudex non potest illum auferre. et de hoc
est casus notabilis in. d. q. exactio. Item dicens
sum paratus soluere non uidetur renuntiare di
lationi date sibi a iure. casus est singu. in. l. si de
bitori. de iudi.

Debitum | Ad debita collegii ante ingressu
uum contracta soluenda. non potest nouiter in
trans compelli. per tex. singu. C. de decu. l. prou
endum. li. x. quem allegat dy. in. l. incola. la. l.
ff. ad munici.

De cretum | Electionis an faciat plenam p
bationem pro electo. no. Inno. in. c. innotuit de
electione. et in. c. mibi. et per illum tex. tenet q.
non.

De cretum | Nota q. secundum decretum est
secunda iudicis aggrauatio punitiva contumacia
durante. primum autem est prima aggrauatio
contumacie. Item secundum decretum non iter
ponitur nisi contra latitantem que latitatio est
dolosa occultatio in fraudem creditoris facta ut
est tex. in. l. fulcinius. q. si quis possederit. ex q.
cau. in pos. ea. quod intelligo uerum nisi pericu
lum esset in mora. quia tunc etiam contra no la
titantem potest secundum decretum interponi.
Istud est singulare dictum Io. an. in. c. consultati
onibus. de offi. deleg. in nouel. quem refert bal.
in. c. i. de mi. et uas. qui contu. est. x. colla. quod
adde a. l. eum qui. in. q. fi. in. glo. de priu. cre
di. et dicte. l. fulcinius. q. adeo.

De cretum | Quero utrum secundu
sit sententia diffinitiva uel interlocutoria. cuiusq.

Sed q. decretum
est.

pmu decretum

qndo interpo
tur Secundu

decretum?

Et contra no la
tast interpo
Secundu decretu
si sit p. uilia
mora.

questoris magnus est effectus. qd sententia interlocutoria nunq transit in rem iudicata. l. qd fuisse. de re iudi. et per bar. in. l. si. de a ppl. reci. et bal. in. l. si. de epi. audi. Dy. in. l. si. functa. qd si forte de damp. infec. Sed dico esse sententiaz interlocutoriam ut est glo. sing. in. l. presenti. qd cū autem. p. admonendum. C. de hiis qui ad ec. cōfui. Secundo probo sic. sententia diffinitiva non potest dari contra minorem indefensu. et si datur est nulla. l. contra pupillum et. l. acta. de re iudi. cum si. et secundum decretum potest dari contra minorem indefensum ergo non est diffinitiva. l. si minor. C. de bo. auc. iu. po. Tertio si cut sententia diffinitiva non fertur. l. nō cōtes. l. si. qd illud. C. de tem. app. et si datur est nulla. sed secundum decretum potest dari līte nō contest. l. cum proponis. C. de bo. auc. iu. pos. ergo et ex hoc resultat id quod dixit Inno. in. c. dilecto de. p. sig. ubi tenet singulariter qd quando appetit iudici missionem ex secundo decreto iniuste emanasse illud semper poterit revocari. hoc cōmuniter impugnant canoniste et bar. idem uult in. l. non uidetur la. l. ff. de iudi. licet non alleget Inno.

Decretum| Si reus conuentus est cōtumax constito sumarie de petitione agens reali debet mitti in possessionem illius ex primo decreto et comparens infra annum recuperat possessionem ablatam satisfacto de impēlis factis in līte si nō comparet immissus post annū efficitur uerus possessor. in auten. ei qui. C. de bo. auc. iu. pos. et. c. quoniam ut līte non contes. Quero an talis immissus possit reum compellere infra annum ad rem recuperandum et se defendendum. uidetur qd non per regulam regule indultum de re iudi. in. vi. Sed ius dat sibi hoc beneficium annale ergo. zc. De secūdo quia penī legalibus debemus esse contenti. l. stipulatio ff. de. p. obli. ergo. zc. determinant Archi. et Io. an. in. tica d. hiis qui mit. in pos. in. vi. allegans duas. l. hoc probates scilicet. l. qui legati. C. ut in pos. lega. et. l. i. qd ergo. de uen. in. sp. licet tanto. de bu. i. c. ii. de do. et contu. de hoc dubitauerit.

Decretum| Dicit tex. in. l. ait pretor. qd qui autem. de bo. auc. iu. pos. qd immissus ex primo decreto potest repeter expensas factas in līte et eo uolente possessionem recuperare et in re ipsa zc. si non fuerit necessaria. sed actor solum puta uerit illas necessarias licet sit contra regulam. l. sed an ultiro. ubi casus singu. de nego. ge. Quero an dictus. qd habeat locum de iura. ca. dic qd nō dictum est singu. hosti. quod cōmendat Io. and. in. c. cum uenisset. de eo qui mit. in pos.

Decretum| Item quero an dilatio annalis quā habet passus primum decretum possit per iudicem prorogari. dic qd sic. casus est singu. in. d. c. cum uenisset ibi dum dicit annum et diem. quis hosti. et Io. an. dicant ibi factum propter cosue tudinem terre quod fieri potuit.

Decretum| Tu habes in. l. quāuis de bo. auc.

sud. pos. et in. c. contingit de do. et contu. qd sus sus immitti ex primo decreto habetur pro immisso si per reum impediatur immitti. quero an sit uex hoc quo ad interrumpendum prescriptionē. dic qd non. glo. est singu. in. c. sine possessione. de re. iuris. in. vi.

Defensio est d. sure naturali. unde licet ui uif repellere cum moderamine. zc. l. scientiam. qd qui cum aliter. ad. l. acquif. l. ut uim. ff. de iuriu. Modo pone qd quis in defendendo excessit modum quia cum potuisset se saluare absq; eo qd occidat occidit. nunquid iste excessus puniatur. l. cor. de si. tanq homisidium an uero puniat pena iudicis arbitrio reseruata. bar. ponit in. l. i. C. unde ui. ubi dicit qd non ut homicida sed ut culpa bilis debet puniri arbitrio iudicis de quo dico esse unicam notam Io. an. i. c. significauit de pe. et remissione. Sed Io. an. non bene aperit ibi id quod dicit bal. sed ipse ponit istam questionem in ti. de homi. quam refert fuisse disputatam p ubertum de bobo qui decidit per duo iura. qd supradictum est. primo per. l. graccus de adult. scđo allegat tex. in. c. olim in si. de resti. spol. fz tu allega casum in. l. si adulterium cum. qd idem pollidius. p. si maritus. in. fi. ff. de adul. et ibi ui de glo. allegantem alias leges que hoc uidentur probare.

Delegatus| Si causa delegatur iudici ordi nario et ipse procedat non facta mentione dele gationis an ualeat sententia. uide litteram. i. in p. iudici.

Delegatus| Habes in. c. fi. de dila. qd coram delegato debet quis comparere licet sibi nō ostē dat originalem cōmissionem sed exemplū quia debet ei credere. hoc līmita nisi delegatus sit p sona uilis et longinqua a loco ubi citat partem. quia hoc casu non cogitur comparere per inspe ctionem exempli. ita dicit Inno. in. c. cum in iur de offi. deleg. et allegat specu. erronee. in. c. ii. d. dila. ita specu. in. ti. de cīta. qd iam de citatione. p. sed pone.

Delegatus ad uniuersitatem causaruz dicit habere quasi ordinariam iurisdictionē. fm glo. in. c. cum causam. de ap.

Delegatus| Si revocato primo iudice delegato alio dato. ambo procedant parte non opponē te ualerēt tunc acta per eum quem superior cō firmauerit postea. dictum est Inno. in. c. ceterū de rest. et in. c. cum in iure de offi. deleg.

Delictum| Statutum uel lex puniens unū delictum et presupponens aliud nō includit illū in quo non uerificatur delictum presuppositum de hoc est glo. una et singu. in. l. mancipia. qd ad uocandum de ser. fugi. C. fm bu. ibi exemplum dicit statutum turbans aliquem in possessione pu nitur pena centum. et rem seu possessionem ab satam restituunt. tale enim statutum puniit unum delictum turbationis et presupponit aliud dum dicit rem ablatā restitui. Modo pone turbantē nō abstulisse possessionē an puniat pena statuti

qui poterat se saluare abq; eo occidet et tamen occidit no puniit ut homicida sed pē. iudicis arbitria:

delegatus ad uniuersita te causaruz dicit habere qua si ordinariā iurisdictionē

Tene menti q̄d dic Singulare

dic q̄ non per illam glo. quia delictus presuppositum non verificatur in eo. uel pone exemplū. statutum dicit q̄ executores testamenti deputati ad testamenta exequenda infra annum nō exequentes puniantur pena excommunicationis. et restituant ep̄o res que sunt penes eos exequende. Executores non sunt executi quia ep̄us processit ad excommunicationem. emuli sui impetraverunt omnia beneficia sua. papa comisit auditori ut si apparet iniusta excommunicationis beneficia illa restituantur sibi. ego per illam glo. determinai iniustum cum non verificaretur id qd statutum presupponit. quia iste nunq̄ habuerat bona iuso. semper fuerant penes heredem.

Describi Emi unam rem meo nomine quā feci describi in libro cōmuniſ meo et fratriſ no mine frater me patiente soluit tributa pro rata. queritur an per hoc dominium sit translatum i fratrem pro dimidia. dic q̄ sic. casus est singul. fm bar. in. l. iur. C. de om. ag. dese. li. x. tu addē l. censualis. C. de do. et. l. solempnibus. C. de re iuendi. et adde ad glo. l. ii. de pub. et ita cōsulū.

Depositum Deposita ē res tua apud me quam repetis. ego dico nolo reddere. quia alius fuit protestatus ne tibi reddam an hec protestatio probetur plene per meum iuramentum. dic q̄ sic. casus est unicus in. l. si quis ad fi. C. de po. **D**ilatio concessa super sorte an intelligat concessa super accessorio usurvarum. duo sunt iura uidelicet. l. cum soluendam. ff. de distract. pig. que parum facit. alius tex. est in. l. solutum. q̄ si pacifcatur. quem nota. quia non est alibi. quod limita ubi debitor cui non est facta dilatio sortis petendi sortem principalem sit suspectus de fuga us dilapidatione sui patrimonii. nam tunc dilatio super principali non extenditur ad accessorium. casus est singularis fm unam lecturā in. l. quesitum. ff. de pig.

Dictio hec super tali re qid importet puta mutuo cēnum super tali re uslego alimenta super tali re. dic q̄ denotat pignoris obligationē tex est singularis in. l. co. l. c. i. l. C. instituto. ff. A leg. ii. quem singulariter notat bar in. l. fundas. ff. de admī. leg. licet bal. super hoc uerbo plura dixit in. l. C. cōmunia de leg.

Dignitas Esse cōcum principis an sit dignitas. uide litteram. c. in. b. cucus. quid autem in senescalco. dic q̄ sic. tex. est in. l. athletas. b. signatores. ff. de infa.

Dispensatio facta ab inferiore a principe non potest reuocari a contraria uoluntate dispēsantibus. glo. est singul. in. c. cum ex eo. de electi. in. vi. et allegat. c. ex tua. de fi. pres.

Dispensatio Stante consuetudine in ecclesia q̄ ad canonicatum nemo admittatur nisi nobilis ex genere sit. queritur an ep̄us possit dispēsare ecuz nobilitate animi et virtutis. dic q̄ sic. Inne. et hosti. in. c. cum dilectus de temp. or. ponunt casus in quibus ep̄us potest dispensare. hoc tñ b. ponit Inno. in. c. fi. de clericis non resi. ubi di

cit q̄ potest. Sed an possit aduersarii constitutiōnem consilii dispensare. dic q̄ non fin archi. in. c. licet canon de elec. in. vi. quod dicit uerum nisi ex iusta causa fm lo. de ligna. in. c. at si cle rici de iudi. quod non est alibi. sequitur rota de cisione. de. l. xxxiii. iuxta modernum ordinem al lebat. l. si hominem. ff. man. que. l. bene facit.

Dioceſes Vbi alijs habet plurcs dioceſes puta quia ſubiectus ep̄o aretino propter benefi cium. Item ep̄o ſenensi propter cōmicitum et i aliquo loco fit mentio de dioceſi uel iurſdictōe An intelligatur respectu originis uel beneficij ut in materia ultimarum uoluntatum. habes ca ſum in. c. statutum. q̄. cum uero unam dietam d̄ exptis in. vi.

Doctor legēs uetus aduocare si aduocat priuatur ſalario et a matrīcula eximē fm bal. i. l. ph. C. de epi. et cle.

Dolus et lata culpa equigantur. l. qd nerua. ff. de po. quero quid si libellant. de dolo et probatur de lata culpa an sequatur condempnatio uel absolutio cum dolus non fit probatus. uidetur q̄ absolutio quia ſententia debet esse cōformis libello. l. ut fundus cōi. diui. c. licet heli. de si. sed dolus deductus in libello non est pba tus. ergo. In contrarium facit. nam uerba libelli ſunt latissime impetranda. l. si quis intentioni. ff. de iudi. sed lata culpa includitur ſub dolo ergo. glo. in hoc singu. in. l. illud in. b. hoc iudicio. ff. A libel. ca. uult q̄ absolutio fieri debeat et ea z alle gat bal. in. l. ii. C. de proba. et ita ibi determinat in ſuis consiliis non recordor nunc in quo.

Dolus Sicut metus qui non cadit in constā tem uirum non relevat eum cui illatus est. l. ii. et l. metus. q̄ me. cau. ita occurrit in eo qui uole excusari uel reſcindere contractum ob dolū ad uersari ita et probz et deducat q̄ ille dolus eti am decepisset doctū et probū uirū. dictū est nō bile bal. in. b. ca. C. de rei uen. qui allegat Inno. ita te netur in. c. fi. quod me. cau.

Dolosus Contra dolosum iteresse probatur per iuramentum. uide plene in. l. ſemper. q̄ offi cito. ff. quod ui aut clam. ubi tex. et. l. si quando. C. unde ui. et de materia in. l. i. C. de ſen. que p eo. et est glo. in. c. ex parte de fo. compe. quod ſi mita uerum ſi dolus fit in cōmittendo. ſecus ſi i negligenzo. quia tunc debet intereffe plene probari contra dolosum. casus est singul. l. argentiarius. q̄. cum autem. ff. de ede.

Domus certe perſone an possit deſtrui ut ciuitas fiat decora. uide in. b. officialis.

Dominium intelligitur translatum etiā per conſignaturam rei quam a te emo quaſi inducta fit traditio. tex. est singul. in. l. q̄ ſi neq̄. q̄ fi. de pe. et con. re. uen.

Dominium utile habens ſciens habentem directum illud alienare et non cōtradicens an ſibi preiudicet. dic q̄ aut directe dominus nō fuſſet alienatus nſi habens utile conſenſiſſet et tūc ſibi non p̄iudicat. casus est singul. in. l. apud celuz

No. q̄ singulare eſt in
meti ſenētū.

Mutuo ſup̄ talire qd
Importet hec clauſula.

verba libelli
latissimū. p
terpretatō
accusatō. lib
bello de dol
et nō probat
niſi de lata
pa. alſoluit.

No. hoc ſi
Gulale ad
qd. dicit

§. quæsum cum sua glo. de do. excep.

Donatio causa mortis est contractus stri
cti iuris habens non per omnia naturam bone fi
dei. tex. cum glo. in. l. seie. p. bone. de dona. cau
mor. ex quo collige q. l. minorem. C. in qui. cau
privilegians mino. In actione ex testamento q
sit bone fidei nō habet locum in donatione. cau
sa mortis.

Donare non potest minor etiam cum decre
to. l. fi. q. cum autem. C. si maior factus fuerit li
x. quod fallit. in donatione remuneratoria que
uidet posse fieri etiā in imobilibus et auctorita
te tutoris. quod primo probatur. per tex. ii. q. ii.
q. pro remunerazione. et c. quicunq; suffragio
ubi apparet res alias donari prohibitas propter
remuneracionem posse donari. ita ergo et i casu
nostro cum minor et ecclesia equipentur. c. i. d
resti. in integ. secundo probatur per tex. l. fi. als
l. si unus libertus. ff. si qui in fra. pa. ubi liberto
promissa est donatio remuneratoria etiā si per
illam pars patroni minuatur quod als non esset
concessum et hoc est maxime uerum. si forte sit
de consuetudine loci prout est i glo. l. si ante. ff.
lo. ma. de consuetudine bonorie. ad quod facit
tex. in. c. ceterum de dona. ubi in simili dicit ua
lere consuetudinem habilitantem prelatum ad
donandum res ecclesie. nō tamen excessiue quē
als constat inhabilem esse ad donandum. quod
nota ad limitationem dicti. q. cum autem. et ita
dicit prima fronte uideri equum et non laudo
in dicta. l. si ante.

Donatio| Est facta donatio quantitatis de q
si extrahatur. id quod debet solui pro gabella. do
natio. non requirit insinuationem. sed si non. ex
trahatur. insinuatio est necessaria. quero an hoc
casu sit necessaria insinuatio ista. est casus quem
bar. allegat in. l. quotiens. ff. ad. l. fal. qui singul.
dicit q. ad insinuationem euistandam est detra
hendum illud quod nomine gabelle debet solui.

Donatio est facta pluribus donatariis eodem
tempore exceedens sumam quingentorum aureo
rum an requirat insinuationem. dic. q. sic. quia
talis donatio debet considerari in concreto. uer
bum est singu. lo. an. in addi. in ti. de dona. in. g
s. in addi. que incipit imo plus dic.

Donatio| In donatione causa mortis nō habet
locum cautio mutiana uide in littera. c. in uerbo
cautio mutiana.

Donatio| Dixi in. l. si disuortio. ff. de. p. obli.
an confessio de dote recepta emanata inter uiruz
et uxorem constante matrimonio inducat ratam
donationem. et conclusio est ibi q. sic. Itē habes
q. donatio inter uirum et uxore potest reuocari
usq; ad ultimum uite spiritum donantis. l. cum
hic status. q. ait oratio. ff. de do. inter ui. et ux.
nunc pone q. de facto maritus faciens testame
tum dixit confessionem quam feci uxori mee
centum acceptis esse falsam. Quero an per hec
uerba uideatur reuocasse talam donationem. Io.
an. ponit in ti. de dona. inter ui. et ux. et refert

disputatum et conclusum q. non inducatur. re
uocatio donationis quia presumitur testator. po
tius uoluisse dicere se falso confessum ad hoc ut
sciatur q. illa centum habet ex ti. donationis nō
ut debita. pro quo uidetur casus. in. l. cū hic sta
tus. q. penitentiam. ad fi.

Donatio est facta consanguineo cuius dona
tionis respectu etiam cadit remuneratio. quero
utrum presumatur donatio causa consanguinita
tis an causa remuneracionis. dic q. causa consau
guinitatis. tex. est singu. in. l. tutor. q. que tuto
ribus. ff. de excu. tuto. et est utile scire. quia do
natio remuneratoria insinuationem non regit.
l. acquilius regulus. ff. de do.

Donatio| Dicit. l. ideoq. ff. d. dona. inter ui.
et ux. q. si uoléri mibi donare causa mortis mā
do q. det uxori intelligor ego donare uxori qa
mando sibi tradia uolente mibi donare. l. nō sed
si uir. q. legatus. als. incipit si legatus di
cit q. si testatori qui mibi legauerat mādo q. re
mibi legatam leget uxori. mee istud mandatum
non inducit donationem. quero que est ratio dif
ferentie inter istos duos casus. nam per omnia
legata fere sunt excquata donationi causa mor
tis. l. marcellus. de dona. ca. mor. dic q. ratio est
quia. l. ideoq. maritus iussit uxori dari quod sibi
erat mortis causa donatum. et sic patet q. ex do
natione causa mortis transfertur dominū absq;
traditione. igitur ibi inducitur donatio. sed i. q.
q. legatus nihil maritus transfert in uxorem
quia dominium legati transfertur a die mortis
in legatarium non autem a die conditi testame
ti prout in dona. ca. mor.

Donare| Prohibiti inter se donare dona. nō
uidentur. inter se prohibiti facere donationem
inuicem reciprocā. l. quod autem. q. si uir uxo
ri. de do. inter ui. et ux. licet bal. et Cy. in. l. si
pater puelle. C. de inoffi. testa. allegent. pro hoc
dictum. p. de quibus miror. sed tu limita et itel
lige uerum si donatio unius incontinenti sequa
tur donationem alterius. sed si ex intervallo. ga
tunc quis sit donatio reciproca non ualeat. casus
est singu. in. l. que uxor uiro. als incipit que a
nupto. ff. de do. inter ui. et ux.

Donatio| Quero de quadam questione que
est de facto florentie et cōsului. An donatio rei
cuius cōmertiū donatarius non habet in parti
culari obliget donationem saltem quo ad exti
minationem licet non ad ipsam rem in legato. sūt
casus infiniti et per canonistas in. c. si filius de
testa. ubi non habetur cōmertiū in cōmuni es
set clarum per. l. inter stipulantem. q. sacram. ali
qui allegant glo. in. l. multum. ff. de. p. obli. que
dicit q. eius rei cuius non est cōmertiū in cō
muni et tunc nec ad rem nec ad extimationem
obligat. casus est singularis in. l. i. p. extimatione
de contra iudi. Aliquando est prohibitum. com
mertiū in odium ipsius alienantis et fauorem
terii. et tunc sit ualida alienatio facta in ignorā
tem secus in scientē. ut in. d. l. fi. d. litig. declara

do. i. uerit. pugilatio
et communacio. psumit. do
natio facta. cā. consanguinita

p. donatio. causa mortis
transfert. dominū absq;
traditione et ante morte
testatoris. et in legato. q.

glo. l. multum preallegatam.
Donatio| Ego declaro tibi unum pulcherrimum patrem. Quidam donauit rei cum hoc qd donatarius sit obligatus quolibet anno ex ea dem dare ticio. x. statia grati. demum res reuer-
tiur ad donantem. quero nunquid donas rema-
neat obligatus ad dampnuz illa. x. Mouet guil-
et refert ang. in. l. sed si hac. q. prostituta de in-
ius uo. et ponit questionem in re emphiteotica
que ad dominum reuersa eam no obligat. quod
probo primo per tex. in. l. ticia. ff. de ali. lega. et
Iesus. q. ticia de ali. lega. Item facit. l. fi. in fi. de
contrahere. emp. fallit primo nisi dans adiecerit.
ipsi rei conditionem per quam uelit euitare ali-
quid turpe. quia tunc illa res reuersa reuertit
ad dantem cum eadem qualitate. l. i. C. si man-
ita uen. ne. peristi. fallit secundo nisi rei cui ong
adieci sit adiectum cum obligatione rei qd tunc
censetur reuerti cum eadē qualitate hoc probat
ex generalitate. l. si conuenerit la. ii. q. si fundus
ff. de pig. ac. et. l. debitorem. C. de pig.
Donatio ex causa ingratitudinis reuocatur
l. fi. C. de reuo. dona. c. fi. de dona. fallit si sit do-
natio remuneratoria. tex. est singul. iuncta glo.
in. l. si pater. q. i. b. irrevocabilis. ff. de dona.
Donatum accipiens sibi in testamento relí-
cum non potest illud nullum dicere. sed quid e-
accipit quid sibi mortis causa donatum. dic idē.
casus est singul. in. l. si uero. b. sed si mor. de bo-
liber.
Dotis| Dotis fauore uerba enuntiativa emissa
propter aliud non propter se includunt plenam
probationem. tex. est singul. in. l. ii. C. de do. pro-
mis. et adminis in dote semper faciunt plenam
probationem. ut mirabiliter dixit bar. in quodā
suo consilio quod incipit ticius et seius fratres
uenerunt ad divisionem.
Dotem promisi extraneus p filia mea. ego
pater ut fideiussor illius principaliter promis-
tentis soluo dotem. an possim repetere a prin-
cipali id quod ut fideiussor solui pro dote filie
mee. dic qd non. casus est unicus in. l. profecti
os si pater non quasi pater. ff. de iur. do.
Dotis| Dicit. l. unica. q. exactio. C. de rei. ux.
ac. qd in matrimonio soluto morte mariti dos co-
sistens in re immobili statim debet restituiri sed i
mobili infra annum. pone qd in principio fuit in
re immobili puta fundo qui uendius est p ma-
ritum et sic eius loco subrogata est pecunia re-
dacta ex predio. quero infra quantum tempus
debeat fieri restitutio dic qd infra annum. nec
hoc casu talis pecunia sortit natura rei in cuius
locum subrogatur. casus est singul. in. l. cum i tu
do. q. si fundus. ff. de iur. do.
Dotis| Pro dotis restitutione fienda uxori q
casu non possit uxori ex aliis bonis saissieri q
mittetur alienatio rerum que sunt subiecte resti-
tutioni fideicōmissi. Secundo pone mulier dedit
dotem marito et pro ea maritus dedit fideiusso
res ex forma statuti uigentis slotetie et ueniēt

casu soluto ma. uxor repetit dotem ab heredib⁹
mariti qui dicunt non tantum esse in patrimo-
nio mariti qd possit saissieri quare uolunt uen-
dere res subiectas restitutōni fideicōmissi. fidel
cōmissarii autem dicunt tales uenditionem no-
debere fieri sed debere uxorem agere contra fi-
deiussores. quero an datio fideiussorum. faciat
cessare beneficium autentice res que uides pri-
ma facie qd sic. quia tex. illius autentice uidetur
permittere alienationem pro tali solutione quā
do patrimonium non sufficit. sed patrimonium
fideicōmissarii reputatur unuz cum patrimonio
principaliz iurisdictione. casus est singul. in. l. si
plures. q. propterea. ff. de fideiuss. ergo satis uid-
tur qd sufficiat patrimonium fideiussoris. Scđo
non est dubiu qd inuicta et illata sunt tacite ob-
ligata pro pensione domus. sed datio fideiussoris
facit cessare istam obligationem tacitam. casus:
est in. l. pe. ff. qui. mo. pig. uel ipo. sol. ergo uidet
tur pari ratione qd faciat cessare beneficium se-
parations. ergo et istud pari ratione. Ultimo sa-
cit tex. in. l. et heres de preca. ubi prouisio homi-
nis facit cessare prouisionem legis. et ita cōsulu
issim nū glo. dedisset mihi unam alapam. que ē
in. l. fi. ff. de pac. conuen. que est sing. et ultimo
qd semper. specialis prouisio uxoris no faciat cel-
fare prouisionem legis inductam in fauorem do-
tis et muliebris. et eam nota quia est uera. nā cō
ditio dotis non potest fieri deterior factio multi-
eris. l. actilieinus. de pac. do.

Dotis| Dicit autentica sed quāuis. C. de rei.
uxo. ac. qd mortuo primo uiro filia potest cōpel-
lere patrem ut sibi det eandem dotem. quero an
idem sit si uelit ingredi monasterium. Io. an. no
tanter dicit qd sicut in titulo qui si. sint legit. q.
i. in addi. que incipit marti. defunc. et est ratio
fm eum ratione euitande absurditatis. nā si nu-
bens secundo uiro potest compellere cur no idē
sit de deo.

Dotis| In dotis solutione secuta interpellatōe:
mora intelligitur cōmissa elapsō biennio. et die
contracti matrimonii. et intellige contracti per
transductionem ad domum et supportatōem bo-
norum matrimonii. casus est unicus in. l. fi. q. i.
C. de iur. do.

Dotalis res| Quādo res dotalis traditur ex
timata et in illa extimatione maritus est dece-
ptus re ipsa ultra dimidiā iusti preciū no pōt
maritus uti beneficio. l. ii. C. de rescī. uen. si tē
pore dotis restituende illa desit extare. glo. est
multum notabilis in. l. si circumscripta. ff. solu-
matri.

Duplicatio dictionis operatur p'usq
si non esset duplicatio. et pone exemplum. com-
munis est doctrina in. l. criminali. C. de iurisdi-
cti. iudi. et in. l. iubemus. q. sane. de sa. san. ecc.
cum queritur an bona dampnati propter deli-
ctum perdat dampnatus ipso iure uel per senten-
tiam. Respondetur aut lex uel statutum loquit
per uerba futuri temporis ut perdantur et tunc

Intelliguntur per sententiam et non ipso iure. Modo pone dicit statutus si quis fecerit instrumentum sine die uel dei nomine puniatur in ceterum libris quinimo instrumentum casetur et irritetur. an hec uerba intelligantur per sententiam iudicis an ipso iure. dic quando ista uerba sic adiuvicem confunduntur semper intelliguntur ipso iure. ita singulariter dicit bal. in ti. de pace constan. v. colf. c. ultimo in glo. in v. priuilegia omnia facit quod notat bar. in l. cum scimus. qd agri. et cen. de confessione duplicata ubi etiam dicit tex. in uerbis enuntiatue prolati et emis s propter aliud nec propter se ut licet non p betur easien secus sit si bis proferantur.

Dux. An dux qui ex priuilegio potest ea que potest imperator in terris uicariatus etiam ex plenitudine potestatis possit auferre reuni et dare alteri sicut potest imperator. bal. in l. q se patris. C unde lib. dicit qd nō. adde qd licet imperator possit revocare priuilegium alii datum ut c. ueniens de prescrip. hoc est uerum nisi ex priuilegio acceperit pecuniam quia tunc illud tamq factum uenale non potest revocare quia ex ea uenditione uidetur obligatus. Sed contra hoc dictum est casus unus in l. ticius pue. ff. de obs.

Incipit littera. E.

Ecclesia | Cathedralis prefertur aliis creditoribz persona

libus sacerdotis. exemplum. si clericus habet plura debita personalia quedam ecclesie cathedrali quedam aliis ecclesiis quod intellige uerum qd clericus alia debita ecclesie cathe. uel epo ignorantibus siue contradicentibus secus si sciētibz uerbum est Io. an in c. eam te. de eta. et quali.

Ecclesia dicit se lesam ex contractu initio cū seculari coram quo iudice petet restitutionem in integz. dic coraz ecclesiastico. Ita dicit Inno. in c. cum sit de fo. compe. allegat. c. i. de resti. in integ. et c. pe de re. ec.

Ecclesia uel fiscus habet fundum in quo p logissima tempora stetit quidam colonus modo fiscus uel ecclesia dat in empbito sim uel in fundum an emphiteotarius uel feudarius teneat stare illi colono qui diu in ea re stetit. In re priuati expeditum est qd non. l. emptorem. C. loc. et per Inno. in c. fi. ne pre. ul. su. In emphiteota autem ecclesie uel fisci quidam allegant. l. ulti. ff. de iu. fis. que nil facit. ego autem allego casuz singularem qd emphiteota ecclesie uel fisci teneatur stare colono. et casu quo eum repellat ipso fure priuatur feudo seu emphiteosi in l. pe. de man. co. li. xi.

Ecclesia possidet fundum sterilem quem p latus facit sua cultura fertilem. Modo pone qd priuatur administratione prelature suo delicto an ista res remanebit penes eum. dic qd sic ut tam uictum suscipiat dictum est singulare in c. ff. de feudis fm cōmunem op.

Ecclesia. Quero utrum isti de tertio ordine sancti francisci sint persone ecclesiastice ita qd non possint condempnari nisi coram epo ecclesiastico. bar. in l. i. de pe. et l. scmp. de iure mu ponit istam questionem et dicit istas esse personas ecclesiasticas ita qd gaudent priuilegio fori. hanc ponit bal. C. de epi. et cle. credo qd sit in l. officiales sed non bene recordor ubi. dicit idem paulus de liaza. et lo. de ligna. in cle. cum ex eo. de sen. exco. dicunt idem. istam etiam opinionem sequitur anto. in c. ii. de fo. compe. ego uero te neo opinionem fred. de senis qui determinat et bene in consilio. c. xlvi. ubi dicit qd non sunt personae ecclesiastice immo possunt sub iudice seculari coueniri et allegant glo. in cle. i. de religi. do. et d. cle. cum ex eo que dicunt qd tertius ordo beati francisci est potius quidam ordo seu modus uiuendi qd faciat aliquam religionem seu p confessionem regularem ex qua isti ordinem seruantes possint dici persone ecclesiastice. sed uenia mus ad ratones. nam isti nihil faciunt nisi qd uouent se obedituros generali et ministro eorum. et mutant habitum. sed propter simplex uotum obedientie non meretur quis dici persona ecclesiastica ut dicit specu. in ti. de statu mo. q. i. b. xxxvii. ubi dicit qd pmissio obedientie simplex quam quis facit unico prelato ecclesiastito non facit quem personaz ecclesiasticā. **Præterea** nō ne retinent uxores et habent propria in cōmuni et particulari. quomodo ergo sunt persone ecclesia stice. ex eo quia tria requiruntur ut dixi. s. px. nam propterea in c. non decet de consang. et af fini. refert dictum apli qd mulier copulata marito non est domina sui corporis sed uir et conqueror ergo non possunt profiteri religionem seu penitentiam per tex. duo sunt genera. xii. q. i. nā unus qui est deditus diuino exercitio contēplatione et oratione ab omni strepitu rerum tempo ralsum uacare debet sed isti non sunt homī ergo zc. Sed dicas fm cōmunem usum loquendi sūt religiose quia purus laicus largo modo potest dici persona religiosa. tex. est. xcv. di. bene qui dem. et in c. cum laicis extra de rebus eccle. ubi tex. Itē est tex. iuris civilis in l. ueluti de iusti. et iū. ubi dicitur de iure naturali omnes aptūdum habere religionem. nam religio est dei cultus et ueneratione ut uoluit archi. in c. i. de reg. iu. in vi. ubi piene refert circa religionem. et si dicas iste persone discuntur fm cōmunem usum loquēdi etiam regulares. nam dicit tex. qd regula est modus uiuendi dans iustum et iniquum compescit. tex. est in c. regula. iii. di.

Ecclesia. Cōtra ecclesiā ro. prescribis spacio centum an. autentica quas actiones. de fa. sanc. ec. Modo quero que erit ista ecclesia cum rome sint due ecclesie. cathedr. laucti petri. et sancti. lo. later. Archi. disputat in c. i. de prescri. in vi. et in c. fundamenta de elec. eo. li. et bal. in dicta auten. quas actiones. ultra quos sic dicas. nā mā datum est ab ecclesia processiones rogationes et

12
nra iste de tercio or
dine sancti francisci
sunt psoe ecclesiastree
ta qd possunt gaudie
re priuilegio ferri;

uouentes se obedituros
ministro & ministres ha
bitū. propter hoc uolu
tū. nō meret dici psoe
ecclesiastice pō. dr. qd.

Promisseio obedientie
Simplex quā quis facit
unico prelato ecclesiastico
neqz nō facit quē persona
ecclesiastica.

abb. panormitanus in
Rub. deregula dicit qd
isti de tertio ordine dicit
et isti Jesuite et mulieres
matlate nō dicitur probe
regulares uidentur comp
hendunt. In dispositio
odiosa. Scens in dispositio
ne favorabili. qd largo
modo uidentur sub regula
ratioē pmissiois facte
superiori eoz. Scqz pmissio
nione. hic posita s. qd gau
det priuilegio fori et cōtra
oppri. huic domini a frak
riei de scens

Ecclesia bni petri
Rome est cathedra
lis et no illa Sæti
Johannis In latevano

Ecclesie parochiales
Inferiores pnt g̃tinue
re procuratorē Sineg
Sensu ep̃ fallit In cau
sis adiuis

fugiens ad p̃silez
portat̃ rorpius xp̃i.
gaudet Immunitat
tag̃ Si fugeret dō e
clesia.

Egregia p̃soa

Eleemosina facie de
rtoes excoicat̃

In r̃dūnsa inter
plures pro electi
one partis eiusdem
rei mitti p̃sors.

letanie ut siant singulis annis quando est festū ascensionis ut est tex. in c. rogationes de conse di. iii. Iste fratres licet non sint sub ep̃o tamen possunt compelli ad hoc. tex. est de excesso prela. sed ego habeo tex. dicentem q̃ istarum processi onum debet fieri finis et principium in ecclesia cathe. ut in c. quando presbiteri. xxxviii. di. et hec ecclesia sancti petri habet hoc q̃ ille proces siones semper ibi fiunt ergo z̃.

Ecclesia Vbi ecclesia uendit tenetur dare of ferenti iustum precium etiam si aliquis plus of ferat. uide in littera. ii. in uerbo uēditio. incipit tu scis q̃ res ecclesie.

Ecclesia Quero nunquid ecclesiæ parrochia les inferiores possint constituere procuratorem sine consensu ep̃i. tex. est in l. omnes. q̃. hoc nibi lominus de ep̃i. et cle. de iure autem canonico Inno. in c. imperator de iura. ca. dicit q̃ potest licet contrarium ibi teneat glo. hoc autem ipse dicit fallere alibi in casibus arduis ita ipse in c. requisisti de testa. quod do. anto. reputat nota bile in c. edoceri. de resc.

Ecclesia Vtrum ecclesia non habens unde sufficiat creditorī et non inueniens emptorem possit compelli dare in solidum rem meliorem quam habeat. uide in littera. d. in p̃o. debitor. sic pit tu habes in autentica.

Ecclesia Fugiens ad ecclesiam non p̃ot capi pone q̃ quidam dum sequitur in via inuenit p̃sibiterum portat̃em corpus xp̃i qui talis amplectitur p̃b̃rum an debeat relaxari ac si caperetur in ecclesia. glo. ponit hanc questionem. xii. q. ii. c. quæsum et dicit q̃ non tamen archi. non se quitur glo. et eum sequitur consuetudo.

Egregia De persona egregia uide in littera. p. in p̃o. priuilegium. Item nō compellitur ire ad iudicium ad testificandum ut in c. si qui testimoniū de testi. et l. ad egregias de iuriū. quero utrum hoc habeat locum in causa criminali in qua iudex non potest cōmittere examinationēz testimoniū notario. ut est glo. iii. q. ix. testes. et nō in c. cum causam de testi. et in c. constitutus de procu. et lo. an. in c. romana. q. contrahentes de fo. compe. in. vi. et in l. iii. q. diuus. ff. de testi. et dic q̃ de hoc est glo. notabilis et sing. in c. i. de testi.

Eleemosina Veridēs facientem eleemosinā ob uenerationem alicuius sancti debet excōmu nicari et sic est anathema. tex. est singu. xlvi. di. si quis despicit.

Eligere Quando res habet inter plures di uidi quis primus debeat eligere uarie sunt op̃i. glo. in l. is C. de meta. li. xii. dicit q̃ primo debet eligere qui maiorem partem habet. alia glo. i. l. quicq̃ de om. ag. dese. q̃ ille qui habet partē magnam ut in c. i. de paroc. et dicitur q̃ in du biō ecclesia debet eligere. alii dicunt q̃ datur electio minori. quod tamen videtur contra tex. in l. cum quis in si. C. de natu. libe. tu dic q̃ ista preelectio solum felicitate sortis contingit fū

bal. in l. subemus. C. de sa. san. ec. qui mouetur p tex. plene probantem in l. ii. qua. et qui. qua. pa. de l. x.

Electio Quero nunquid electus omisa aliqua solemnitate suris posita ad electionem faciendam possit salua conscientia retinere illud beneficium ad quod est electus. et pone exemplū. electio mortuo prelato non potest fieri nisi uocatis omnibus de capitulo adeo q̃ si unus uocatus non est qui cōmode uocari poterat p̃c̃ iste non uocatus irritare omnia. uide notam singul. Inno. in c. q̃ sicut de elect.

Electio In una ciuitate est statutum q̃ ius eligendi officiale sit penes tales ciues qui teneantur eligere de tali loco et infra trimestre. et si non elegerint ius eligendi deuoluatur ad dominos. an ip̃i domini ad quos est ius translatū debeant eligere de ista ciuitate de qua et inferiores debebant. uide tur q̃ sic. quia subrogatū sapit naturam subrogantis. l. si eum. q̃. qui iuriāz ff. si quis cau. dic q̃ non est uerum nec illa regula obstat. quia subrogatū debet sapere naturā subrogantis. s. de natura primordiali non auct̃ de accessoria ut notat glo. in l. certi. ff. si cer. pe. et in tex. in l. item uenient. q̃. cum prediximus. ff. de pe. here. hanc questionem disputat lo. an. et ponit in regula contra eum. de reg. iu. in mercuria. et determinat q̃ debent eligere cum eas facultate. tamen de hac questione est casus in cle. quia regularis. de sup. negli. prela. Sed quid si iste talis fuit electus in scrutinio tamen propter negligentiam istorum qui debebant eligere sunt priuati iure eligendi. an illi qui succedunt in eligendo debeant eundem eligere. dic q̃ sic. ita lo. an. in c. publicato de elec.

Electio ep̃i uiciatur si post electōnem oriat̃ que stio sui status. dictum est Inno. in c. sup. his de act. et refert ange. in c. quod sicut de elec.

Emptor cui moueretur lis super re empta compromittens causam in arbitrum si perdat n̄ habet regressum contra uenditorem. l. dictum. q̃ si compromisso de euic. Quid si nō compromis sit sed prorogat iurisdictionem alterius iudicis uel conuenit in iudicem non suum. an si perdit habeat regressum de euic. dic q̃ non glo. est sin gu. et p̃c̃egrina in d. q̃ si compromisso ubi bar. Item q̃ dicitur in dicto. q̃ si compromisso habet locum quo ad duplum. quia quo ad precium bene potest agere contra uenditorem. dictum est singu. bal. in l. libera. C. de sen. Item uerum nisi causa cōmittatur in uenditorem quia tunc succubens regressum habet de euict. uerbum est singu. specu. in t̃. de arbi. q̃. posito p̃o. sed pone. **Captor** cui nondum res est tradita si p̃tū soluit potest comparere et impedire aduersariū uenditoris ne mittatur in possessionem illius rei sibi uendite licet non tradite. dictum est bu. in l. manifestum. C. de fur. relatum per bar. in c. i. que sit investi. per l. is cui. ff. de fur. et l. extimatione. de acqui. pos.

Emptor Ratione eius notificatio nō facte propter quā res debet in futurum uendi minus quā uendatur in presenti potest emptor agere ad interesse fīm guil. in. l. fraus. et in. l. contra. ff. d. leg. et bar. in. l. quero. ff. de act. em. bal. in. l. ff. C. de pīcu. et co. re. uen. et est tex. in. l. summa. pī plane. ff. eo.

Emptor non lucratur fructus rei empte sub conditione. conditione pendente. l. si necessario. g. si. pendente de pericu. et co. rei uen. hoc uerum nī in casu conditionis deficiētis emptor perdat precium quia hoc casu iura compenſant precii perditionem cum fructibus et ideo filios lucratur. tex. est singu. in. l. ff. pī. sed quod ait de lega. co.

Appellaci
one emptoris
et uē ditiois
uenit oīs 9
tracto pī
alienatio nō
dicitur.

Emptio Emptionis et uenditionis appellatiōne uenit omnis contractus per quem alienatio introducīt ut. l. statutū. b. a ceteris. g. quintus. ff. de statu. l. b. et in. c. i. de controuer. inter d. et emp. x. colla. et plene in. l. ff. C. de usuca. pro em. Sed pone q̄ testator legat omnia que emit. An inſcludantur que ad eum peruerunt ex ti. do. nationis ucl permutationis. dic q̄ non. casus est singularis in. l. item legato. g. item interest de lega. iii.

Emens rem a marito qui habet bona obliga tā pro dote reddenda an possit constante matrī monio petere q̄ res illa disobligeret. uide tex. et ibi bal. C. de eust. in. l. si ex predīs.

Emptor Emens rem nomine suo et alterius terii presumitur q̄ pecuniam de suo soluat. casus est singularis in. l. ii. C. pro soc. quem adde. Et notata in. l. si patronus. C. cō. utri. iudi. et per bar. in. l. ticiū. g. alterius. de amī. tu.

Emancipatio Calū quo pater coactus ē filium emancipare fīm notam instī. qui. mo. ius pa. po. sol. g. fi. si sit preteritus a filio pater non habet ius contratabulandi. casus est quez habeo pro notabilissimo in. l. si. g. si quis a pa. su. ma.

Emphiteota qui infra triennium nō soluit canonem priuati priuatur suo iure. l. ii. C. g. iu. emphitecle. infra biennium in. c. potuit de loca. et autē. qui res. de sa. san. ec. Modo quicquid utrum solutio facta per tertium priorem illius fundi emphiteotici non nomine emphiteote p̄ sit emphiteote non soluenti. bal. mouet in. l. arboribus. g. quid tamen de usufruc. et in. l. itē uetigali in aliquid lecturis de pigno. et in. l. so. lemperibus. de rei uen. tamen casus est q̄ pro sit non soluenti in. l. certa forma. g. si cū ego. de cē. qui loquitur in censuario.

Emphiteota rem emphiteoticam nō alienat sine consensu domini. l. fi. C. de iu. emph. et. c. potuit de loca. sed an possit sine consensu domini illam in usumfructū dare. bal. allegat casum singularem q̄ sic in. l. i. g. item i fundo. qui. mo. usufruc. amit. ille tex. parum facit quia non loquitur in emphiteota q̄ sine consensu domini hoc possit facere unde ego credo contrariū et p̄bo p̄ regulam que habet q̄ lex. p̄hibens rē alienari

prohibet et in ea usumfructum constitui. l. fi. C. de rē. alie.

Emphiteosis Si fundus sterili dator in emphiteosim et factus est fertilis facto emphiteote quantumcumq; sit appositum in instrumento q̄ non duret ultra tertiam generationem tamē hoc casu propter fertilitatem superuenientem sua industria durabit perpetuo. ita uoluit bar. in. l. quicquid. C. de omni ag. deser. l. xii.

Emphiteota non potest alienare rem emphiteoticam domino non requisito. l. fi. C. de iu. emph. de loca. c. potuit. cum si. Modo pone q̄ iste cui fundus fuit in emphiteosim concessus ex patro uoluit q̄ possit uendere sine eius uoluntate ponit specu. in tī. de lota. in. g. nunc aliq. p. xiii. et determinat q̄ etiam isto casu non liceat uendere domino irrequisito quia ista facultas data ut uendat intelligitur fīm iuris dispositiones. ut l. si quando. C. de inoffi. testa. si iuris dispositio est ut non possit uendere sine eius requisitione. sicutur. Sed hoc dictum non uideatur uerū quia creditor non potest uendere rem pignoratā q̄n fuit factum statutum q̄ non possit uendere nisi precedente trīna monitione ut in. l. si cōuenerit la. i. de pig. ac. Sin autem nullum est pactū tūc creditor potest uendere precedēte tantū unī ca monitōe. casus est in. l. fi. de sar. do. in pe. Si autē est factum pactum ut possit uendere rem pignoratam tunc non requiratur monitio. ut est cāus in. d. l. si cōuenerit. i. g. o. Sed l. si quando allegata per specu. nihil facit. quia priuilegium. ibi concessum per imperatorem non operabitur. in alii quo. si ergo intelligitur fīm ius cōmune quod habilitat ad testandum.

Episcopus potest punire fraudem artē suam. dictum est singulare Io. an. referens abat. in. c. i. in fi. de em. uen.

Epus donans castrum. et iura que habet in eo. an intelligatur donare iura spirituālia. dic. q̄ non fīm Inno. in. c. ex litteris de iu. patro.

Epus potest compelli renuntiare epatum si uidet ex persona sua exoriri et generari magnū scandalum ecclesie et ciuitati. sed eidem debet cambium dari. dictum est Inno. in. c. cum pridē de renunti.

Epus Papa imponit unī penitentiam ut uadat ad sanctum iacobum. quero nunquid ex causa epus possit ipsum mutare augendo uel minēdo. dic. q̄ sic. quia potest inferior habens iuris distinctionem ex causa iusta. glo. est singu. et notabil. xxvi. q. vii. tempora plenitudinis. per tex. in. l. hominem. ff. mandati. ubi potest. proturator mūtare ex causa quod fecit dominus.

Epus Epo non seruant leges et canones a consilio datas potest inferior licite non parere.

Epenas autem non seruantis canones uide p̄ glo. in. c. generali de elec. in. vi. tamen de hoc ē glo. singu. ii. q. vii. sacerdotes. que allegat tex. optimum uidelicet. g. si legibus. iiii. di. et. c. nulli fas. xliii. di.

Et. si dominus uedat
emphiteote q̄ possit nē
de re. Sinc. Huolū are
nihilominus uen
dere dñs. Irrequisito

Inferior p̄f. no patere.
Epo no Seruant leges
et canones a consilio du
tos.

penas uo. Seruantis et
hones. viii.

qui nō p̄tē
emphiteoty
cē alienare.
nec p̄tē in
usufructū
dare. Sint. g.
consuony.

Ep̄us potest in iusto abate recipere monachū in cubicularium suum. glo. est singu. in. c. cū pastoris. ii. q. vii. Item ep̄us an possit dare clericū sibi subditum sacrum pro securitate tregue. uide in littera. t. in. v. tregam incipit nuncd ep̄s.

Eremita Eremite sunt persone ecclesiastice adeo q̄ sub ep̄o cōueniuntur nec iudex secularis habet in eis potestatem adeo q̄ offendens incidit in canonem si quis suadēt. Ista materia tractatur et male in. c. ii. de fo. comp. Tu habes unam glo. xvi. q. i. qui uere. alia habes. xcvi. dī. als. xc. in. c. nulla que uoluit q̄ sint tales p̄sonae ecclesiastice et conueniente sub ep̄o et sequitur Inno. in. c. cum ad monasterium de elec. Itā etiam opinionem sequitur archi. in. c. i. de excessi. prela. in. vi. ubi dicit istas censerī personas f̄ligiolas. Io. dī lig. et Lau. de bo. i. cle. p̄ litteras de p̄ ben. tenent contrarium īmo cōdemnantur sub seculari. primo non reperitur iure cautū q̄ sint ecclesiastice. et tunc sic quilibet ab inicio nascit̄ secularis licet postea ex post facto aliqua qualitate assumpta efficiatur religiosus sed nulla qualitas mutatua secularitatis superuenit in heremita igitur. nam de substantia cuiuslibet regule religiose tria sunt castitas paupertas et obedientia et ista habent uocere. ita est tex. in. c. cū ad monasterium. de statu regu. Sed in heremita n̄ est uotum castitatis ex quo potest contrahere matrimonium. glo. est ordinaria in. c. ex parte. de cōuer. coniu. alia est in. c. ecclesie. xxvii. q. ii. ergo deficit unum de substantialibus. Item uotum paupertatis non est in heremita adeo q̄ se bonis expoliet. nam paulus primus heremita decessit condito testamento et cū magnis diuinitis et q̄ habet bona est tex. xviii. q. ii. c. contra. Itē uotum obedientie nulli profitentur ex quo soli in nemore stant ergo necessario in talibus defic̄it religio. Item probo per tex. in. c. duo sunt genera. xii. q. i. unum genus est quod est dedicatū diuino officio et deditum cōtemplationi et orationi et ab omni strepitu rerum temporalium cessat et isti sunt clerici et deo cōuersi. ita dicit punctualiter tex. sed in heremita non uerificantur ista ex quo uxorem habere potest et propria retinere igitur. zē.

Eremita Vtrum isti de tertio ordine sancti francisci sint persone ecclesiastice ita q̄ nō possint conueniri nisi sub ep̄o. uide. s. in. e. littera i. v. ecclesia. incipit quero utrum.

Error iuris non inducit prorogationē iurisdictionis illius iudicis prorogati. l. ii. ff. de iudi. et. l. si per errorem. de iuris. om. iu. quod limita uerum quando tractatur de prorogatione iurisdictionis illius iudicis cui partes nullo modo subiiciuntur. ubi autem tractatur de prorogatione iudicis qui in partes regulariter habet iurisdictionem in isto casu error non impedit prorogationem iurisdictionis. dictum est singul. Innoc. in. c. ad petitionem. de act. subtiliter intuenti.

Error Appellans a sententia lata pro se er-

rore iuris et petens bene appellatum et male iudicatum non nocet sibi ita q̄ iudex non debet sequi suum errorem. casus est in. l. seje amice. ff. de au. et ar. lega. et nō bal. in. l. preses. C. de sen. et allegat. l. i. C. quando prouo. non est necesse. quod uerum est nisi esset per uiam confessionis quia contra sententiam que transiuit in rem iudicatam potest probari per confessionem part. Ita Inno. in. c. pleriq. de immu. ecclesi. et refert bar. in. exuag. ad reprimendam in. v. denuntiationem.

Error iuris usucaptioni non proficit. l. nunq̄ ff. de usucap. an autem profit quo ad acquisitionem fructuuz. dic q̄ sic. glo. notabilis in. l. si fur. q. i. de usucap. que dat hunc intellectum ad. l. s. si lege. q. scire. de peti. here.

Etas Cuius etatis debet esse quis ut sit aptus ad pugnam. exemplum. dicit bannum q̄ dī q̄ libert domo uadas ad pugnam. dic q̄ ante xviii. annum non tenetur. glo. est singul. in. c. i. i. uerbo. ab anno. xvii. de pace iur. fir.

Euictio Vbiscunq̄ fit euictio rei uendite ex natura rei nunq̄ emptor contra uenditorem habet regressum. glo. est singula. in. l. familia. C. fami. herc. Ange. ibi facit magnum festum. exēplum pone in uendente usumfructum qui ex natura rei perit morte usufructuarii. Itē pone exēplum in feudo quod reuertitur ad dominum feudatario moriēt sine filio masculo. vñ pone q̄ ex diuisione quam feci cum fratre meo mihi uenit feudum et morior sine filiis masculis unde filie mee uolunt agere contra fratrem de euictione feudo euicto. quia in diuisione uenit euictio. l. si frates. C. co. utri. iudi. certe hoc cāu nō poterit cum euictio contingat ex natura rei p̄ qua glo. ego do tibi tex. tres unum. in. l. necessaria. q. fi. de per. et co. rei uen. alium in. l. si fuus de euict. et alium in. l. si quis domum. q. huic sub fungi. ff. loca.

Euictio Dicitur in. l. si per imprudentiam. de euict. et in. c. fi. de emp. et uen. q̄ quando ex sententia iniusta est ablat a res emptori nō competit actio de euictione. fallit in emptor a fisco uel a re pub. de hoc est casus singu. fm. lecturā glo. quem omnes secuntur in. l. ii. q. graui de ad mini. rerum ad ei. perti.

